



Nobilitate adolescenti, vera
pietatis, politae doctrinae
mormoni in trinitate ac in
genua visitante praedicto
Hilmaro Antonomio à
Münsteren amico et fidi,
whi suo dono dedit hunc
librum Iohannes Münster
mannus pastor Lachemus
Anno Christi C̄psal: 152
Generatio p̄ficitur bene,
Dicitur.

Rom: 12: R
Sicutio non p̄fici.

20143

ERASMI

ROTERODAMI M^W

gīas ἐγκώμιον, id est Stultitiae
laus, Libellus uere aureus,
nec minus eruditus, &
salutaris, quam festi-
uus, nuper ex i-
psius autoris ar-
chetypis di-
ligentis
sime
resti-
tutus.



TAbetis hic egregii Satellites ἐπωρ ἀληδι
 H νόμοντε, hoc est μωρίας ἐγκόμιον in quo
 ut cristallino speculo uos contēplari uere pos-
 sitis, iis etenim coloribus uultus exprimit, quibus nec
 Apelles suū Alexan. Zeufis pueri uuas, atq; Helenæ
 ex uersu Homericō simulachrū præsius effinxit. Hoc
uobis uiatico sit, è sinu euellat nullatempes̄ta, pro-
 priū qduobis est, Biantis exemplo defendite, alis ob-
tēsis fōuete. et sic eam auſpicati militiā tyrunculi, olī
emeriti rudeq; donandi, Entheam corollam Mistæ
morotato æquehonoream demerebitis. Neque uero
stomacho Margineas interpretationes legi uelim, si
Aldinis nō unquam insidiati sumus, nihil enim in au-
thoris auctario quod non felicissime hic repertu fit.
una uocula (quod norim) peccatum est, folio uide-
licet undecimo uersu primo legendū Tithoni aui sui,
Tollite risum Sacri;



ERASMVS ROTERODAMVS

THOMAE MORO

S V O . S . D .

Vperioribus diebus, cum me ex Italia
 in Angliam reciperem, ne totum hoc
 tempus, quo equo fuit insidendum,
 & illiteratis fabulis terere
 tur, malui mecum aliquoties, uel de cōmūnib⁹ stu-
 diis nostris aliquid agitare, uel amicorum, quos hic
 ut doctissimos, ita & suauissimos reliqueram, re-
 cordatione frui. Inter hos tu mi More, uel in pri-
 mis occurrebas, cuius euidem absentis absens me-
 moria non aliter frui solebam, quām presentis pre-
 sens consuetudine consueveram, qua, (dispeream) si
 quid unquam in uita contigit mellitius. Ergo quo-
 niam omnino aliquid agendum duxi, & id tem-
 pus ad seriam commentationem parum uidebatur
 accommodatum, uisum est Morie Encomium lude-
 re. Que Pallas istuc tibi misit in mentem inquies?
 Primum admonuit me Mori cognomen tibi genti-
 le, quod tam ad Morie uocabulum accedit, quām
 es ipse à re alienus, Es autem uel omnium suffragis
 alienissimus. Deinde suspicabar hunc ingenii no-
 strilusum, tibi præcipue probatum iri, propterea
 quod soleashuius generis iocis, hoc est nec indoctis,

M O R I A

ni fallor, nec usquequaq; insulis, impendio delectari, et omnino in communi mortalium uita Democritum quendam agere. Quanquam tu quidē ut pro singulari quadā ingenii tui perspicacitate, longe, latēq; à uulgo dissentire soles, ita pro incredibili morū suauitate, facilitateq; cum omnibus omnium horarū hominem agere ex potes, ex gaudes. Hanc igitur declamatiunculā, nō solum lubens accipies, ceu μνημό-

Monimen συνορ tui sodalis, uerum etiā tuendā suscipies, ut potū, siue me te tibi dicatā, iam' que tuam nō meam. Etenim non derūt. fortasse uitiligatores, qui calumniētur, partim leuiores esse nugas, quā ut theologū deceat, parti mortadiores, quā ut Christianæ cōueniāt modestiæ nosq; clamitabūt, ueterē comœdiā, aut Lucianū quēpiā referre, atque omnia mordicus arripere. Verum quos argumenti leuitas et ludicrum offendit, cogitent uelin non meum hoc exemplū esse, sed idem iam olim a magnis authoribus factitatū. Cū ante tot secula βατάχο.

Bellū ra= μυομαχίαp luserit Homerus. Maro culicē, et More narum & tū, Nucē Oui. Cū Busyridē laudarit Polycrates, et hu murium. ius castigator Isocrates. In iustitiā Glauco. Thersiten, et quartanā febrim Fauorinus. Caluitū Synesius, Musā et parasiticā Lucianus. Cū Seneca Claudiū luserit ἀποδέωτηp. Plutarchus Grylli, cū Vlysse dialogū, Lucianus et Apuleius asinū, et nescio quis Grunii Corocottæ porcelli testamentū, cuius et diuus meminit Hieronimus. Proinde, si uidebitur, fingāt isti me lātrūculis interī animi causa, lusisse, aut si malint equi

tasse in arundine longa. Nā quæ tādē est iniquitas, cū omni uitæ instituto suos lusus cōcedamus, studiis nul= lum omnino lusum permettere? Maxime si nugæ seria ducant, atque ita tractentur ludicra ut ex his aliquanto plus frugis referat lector, non omnino na
ris obesæ, quām ex quorundam tetricis, ac splen= didis argumentis. Veluti cum alius diu consarcina= ta oratione, rhetoricen, aut Philosophiam laudat. aliis principis alicuius laudes describit, aliis ad bellum aduersus Turcas mouendum adhortatur, aliis futura prædictit, aliis nouas de lana capri= na comminiscitur questiunculas. Ut enim nihil nu= gacius, quām seria nugatoriæ tractare, ita nihil fe= stiuus, quām ita tractare nugas, ut nihil minus quām nugatus fuisse uidearis. De me quidem alio= rum erit iudicium. Tametsi, nisi planè me fallit.
φιλαυτία, Stultiā laudauimus, sed non omnino stul Sui amor.
 te. Iam uero ut de mordacitatis cauillatiōe respondeā semper hæc īgeniis libertas pmissa fuit, ut in cōmunē
hominū uitā salibus luderent impune, modo ne licen=
tia exiret in rabie. Quo magis admiror his tēporib⁹
 aurium delicias, quæ nihil iam ferè nisi solennes ti=
 tulos, ferre possunt. Porro nonnullos adeo præpo=
 stere religiosos uideas, ut uel grauissima in Chri=
 stum conuitia ferant citius, quām pontificem, aut
 principem leuissimo ioco aspergi, præsertim siquid Adfarinā
πρὸς τὰ ἀλφῖτα. idest ad questum attinet. At

A 3 enim

*ad farinam
 eis gressu magis uel in
 uenit*

enim qui uitas hominum ita taxat, ut neminem o-
mnino perstringat nominatum, quæso utrum is mor-
dere uidetur, an docere potius, ac monere? Alio-
qui quot obsecro nominibus ipse me taxo? Præte-
rea qui nullum hominum genus prætermittit, is
nulli homini, uitis omnibus iratus uidetur. Ergo
siquis extiterit, qui se laesum clamabit, is aut con-
scientia prodet suam, aut certe metum. Lusit hoc in
genere multo liberius, ac mordacius, diuus Hierony-
mus, ne nominibus quidem aliquoties parcens. Nos
præterquam quod à nominibus in totum abstinemus,
ita præterea stylum temperauimus ut cordatus lector
facile sit intellecturus, nos uoluptatē magis quam mor-
sum quæsisse. Neq; enim ad iuuentalis exemplum ocul-
tam illam scelerum sentinam usquam mouimus, &
ridenda magis quam fœdare recensere studuimus. Tum
siquis est, quem nec ista placare possunt, is saltem il-
lud meminerit, pulchrum esse à stultitia uituperari,
quam cum loquentem fecerimus, decoro personæ ser-
uiendum fuit. Sed quid ego haec tibi patrono tam sin-
gulari, ut causas etiā non optimas, optime tamē tueri
possis? Vale disertissime More, & Moriam tuam
gnauiter defende. Ex Rure. Quinto Idus Iunias.

E N C O M =

ENCOMIUM MORIAE ERASMI

ROTERODAMI.

STVLTITIA LOQ VITVR.

T. CVNQ VE De me uulgo mor
tales loquuntur (neq; enim sum ne=
scia, quām male audiat Stultitia e= u
tiam apud stultissimos) tamen hanc
esse, hanc inquam esse unam, quæ
meo numine deos, atque homines ex
hilario, uel illud abunde magnum est argumentum,
quod simul atq; in hunc cœtum frequentissimum di= c
ctura prodii, sic repente omnium uultus, noua qua= d
dam, atq; insolita hilaritate enituerūt, sic subito fron= t
tem exporrexistis, sic latet quodam & amabili ap= p
plausisti risu, ut mihi profecto quotquot undiq; præ= s
fentes intueor, pariter deorum Homericorum necta= r
re, non sine Nepenthe temulentie esse uideamini, cum
ante a tristes, ac solliciti sederitis, perinde quasi nu= p
per é Trophonii specureuersi. Cæterum quemadmo= d
dum fieri consueuit, ut cum primum Sol formosum
illud, & aureum os terris ostēderit, aut ubi post aspe= r
ram hyemem, nouum uer blandis aspirarit Fauo= n
niis, protinus nouarebus omnibus facies, nouus co=

A 4. lor, 46

M O R I A

lor, ac planè iuuenta quædam redeat, ita uobis me
conspeta, mox aliis accessit uultus. Itaque quod ma-
gni alioqui Rethores, uix longa, diuq; meditata ora-
tione possunt efficere (nempe ut molestas animi cu-
ras discussiant) id ego solo statim aspectu præstiti.
Quam obrem autē hoc insolito cultu prodierim ho-
die, iam audietis, si modo non grauabimini dicenti
præbere aures, non eas sanè, quas sacrī concionato-
ribus, sed quas fori circulatoribus, scurris, ac Mo-
rionibus consueuistis arrigere, quasq; olim midas il-
le noster exhibuit Pani. Lubitum est enim paulisper
apud uos Sophistam agere, non quidem huius gene-
ris, quod hodie rugas quasdam anxias inculcat pue-
ris, ac plus quam muliebrem rixandi pertinaciam
tradit, sed ueteres illos imitabor, qui, quo infamem So-
phorum appellationē uitarent, Sophistæ uocari ma-
luerunt. Horum studium erat. Deorum, ac fortium
uirorum laudes encomiis celebrare. Encomium igi-
tur audietis, non Herculis, neque Solonis, sed meū i-
psius, hoc est Stultitiae. Iam uero non huius facio sa-
pientes istos, qui stultissimum, & insolentissimum
esse prædicant, si quis ipse se laudibus ferat. Sit sanè
quam uolent Stultum, modo decorum esse fateantur.
Quid enim magis quadrat. quam ut ipsa Moria sua
rum laudum sit bucinatrix, & avth̄ eaut̄ p̄ cūλ̄.
i. ipsa sui
ipsius sit
tibicina. **Q**uis. n. me melius exprimat quam ipsame, nisi si au-
forte notior sim quam egomet sum mihi. **Q**uanquam ego
hoc ali-

hoc alioqui, non paulo etiam modestius arbitror, quā
 id, qd' optimatum, ac sapientum uulgas factitat, qui
 peruerso quodā pudore, uel rhetore quēpiam palpo
 nem, uel Poētam uaniloquum subornare solent, eūq;
 mercede conductum, à quo suas laudes audiant, hoc
 est mera mendacia, et tamen uerecundus interim ille
 Pauonis in morē, pēnas tollit, cristas erigit, cū impu
 dens assentator, nihil hominem Diis æquiparat, cū
 absolutum omnium uirtutum exemplar proponit, à
 quo sciat ille se plus, quā dñs sicut πατῶρ abesse. i. bis per
Cum Corniculam alienis conuestit plumis, cum τὸν = omnia.
 αἰθίοπα λευκάνια. Denique cum ē μνιᾶς τὸν ἐλέ i. ethiopē
 φαρτα ποιεῖ. Postremo sequor tritū illud uulgi pro dealbat-
 uerbiū, quo diatū is recte laudare sese, cui nemo ali= Ex musca
 us contigit laudator. Quāquā hic interim demiror elephantū
 mortalium ingratitudinem, dicam, an segniciēq; uo= facit.
 rum cum omnes me studiose colant, meam queliben-
 ter sentiant beneficentiam, nemo tamen tot iam secu-
 lis extitit, qui grata oratione Stultitiae laudes celebra-
 rit, cū nō defuerint, qui Busirides, Phalarides, febres
 quartanas, muscas, caluitia, atque, id genus pestes ac
 curatis magnaq; et olei, et somni iactura elucubratis
 laudibus uexerint. A me extemporariā quidē illam,
 & illaboratam, sed tanto ueroiem audietis oratio-
 nem. Id quod nolim existimetis ad ingenii ostenta-
 tionem esse confictum, quemadmodum uulgas orato-
 rum facit. Nam ii (sicuti nostis) cum orationem totis

M O R I A

triginta annis elaboratam, nonnunquam etiam alienam proferunt, tamen triduo sibi quasi per lusum scriptam, aut etiam dictatam esse deierant. Mibi Porro

i. quicquid in lingua uenerit. semper gratissimum fuit, οπις επιγλωτταρεια δο dicere. At ne quis iam a nobis exspectet, ut iuxta vulgarium istorum rhetorum consuetudinem, meipsa finitione explicem, porro ut diuidam multo minus. Nam utrumque omnis est in auctorati, uel fine circumscribere eam, cuius numerus tam late pateat, uel secare, in cuius cultum omne rerum genus ita consentiat. Tametsi quorsum tandem attinet, mei uelut umbram atque imaginem finitione representare, cum ipsam me coram presentes presentem oculis intueamini? Sum etenim, ut iudicetis, uera illa largitrix εξωρ, quam Latini Stultitiam, Graeci μωρια appellant.

Quanquam quid uel hoc opus erat dicere, quasi non ipso ex uultu, fronteque (quod aiunt) satis quem preme feram, aut quasi si quis me Mineruam, aut Sophiam esse contendat, non statim solo possit obtutu coargui, etiam si nulla accedit oratio minime mendax animi speculu. Nullus apud me fucis locus, nec aliud fronte simulo, aliud in pectore premo. Sumque mei undique

i. et i pura si mie, et in pelle leo. nis asini. simillima, adeo ut nec iu me dissimulare possint, qui maxime sapientiae personam, ac titulum sibi uendificant ιχθυεπτη πορφυρα πιδηνοι ιχθυον τη λεοντη οντη ονοι obambulant. Quamuis autem sedulo fingat tamē alicunde prominentes auriculae midam produnt.

dunt. Ingratum mehercule & hoc hominum genus,
qui cum maxime sint nostræ factionis, tamen apud
vulgum cognominis nostri sic pudet, ut id passim a= =
liis magni probri uice obiiciant. Proinde cum sint
μωρότατοι re cæterum Sophi, ac Thaletes uideri .i. stultissi
uelint, non ne iure optimo μωροσόφοι illos appel mi-
labimus? Visum est enim hac quoque parte, nostri .i. stulte
temporis rhetores imitari, qui planè deos sese cre= sapientes-
dunt, si hirundinum ritu, bilingues appareant, ac
præclarum facinus esse ducunt, latinis orationibus
subinde græculas aliquot uoculas uelut emblemata,
in tertexere, etiam si nunc nō erat his locus. Porrò
si desunt exotica, e putribus chartis quatuor, aut
quinq; prisca uerba eruunt, quibus tenebras offun= dant lectori, uidelicet ut qui intelligunt, magis, ac ma-
gis sibi placeant. Qui non intelligunt, hoc ipso ma-
gis admirantur, quo minus intelligunt. Quandoqui-
dem est sané et hoc nostratiū uoluptatum genus non
inelegans, quam maxime peregrina maxime suspi- =
cere. Quod si qui paulo sunt ambitiosiores, arrideant
tamen, & applaudant, atq; asini exemplo τὸ ωτα
κινῶσι, quo cæteris probe intelligere uideantur, η ταῦτα μὴ δὲ ταῦτα. Nunc ad institutum recur= =
ro. nomen igitur habetis uiri. Quid addam epithetis qdē hæc.
Quid? nisi stultissimi? Nam quo alio honestiore co- gnomine, Mystas suos compellet dea Stultitas? Sed quonia nō perinde multis notū est, quo genere pro- gnata.

M O R I A

gnata sim, id iam Musis bene iuuantibus exponere conabor. Mihi uero neque Chaos, neq; Orcus, neque Saturnus, neq; Iapetus, aut aliis id genus obsoletorū,

Plutos so- ac putrium deorum quispiam pater fuit. Sed πλάστος
nat diuiti ipse unus uel in uitis Hesiodo, & Homero, atque ipso
as. adeo Ioue πατήσ αὐδεῶν τε Δεῶν τε. Cuius unius
.i. pater nutu, ut olim, ita nunc quoque sacra, prophanaq; o=
hoimq; mnia, sursum, ac deorsum miscentur. Cuius arbitrio,
deumq;. bella, paces, imperia, consilia, iuditia, comitia, con=
nubia, pacta, foedera, leges, artes, ludicra, seria (iam
spiritus me deficit) breuiter publica, priuata que o=
mnia mortaliū negotia administrantur. Citra cuius
opē totus ille poēticorū numinum populus, dicam au=
daciū, ipsi quoq; dii selecti aut omnino nō essent, aut
.i. domi ci certe δικόσιτοι sanē que frigide uicitarent. Quē=
bum capi quisquis iratum habuerit. huic ne Pallas quidem sa=
entes, tis auxiliū tulerit. contra quisquis propitium, is uel
.i. ex hoc summo Ioui cum suo fulmine mandare laqueum pos=
patre me sit τούτος πατρὸς ἔυχομου ἐίναι. atq; hic quidem
natam glo me progenuit nō ē cerebro suo, quemadmodum tetri
rior. cā illam, actoruam Palladem Iupiter, Verum ex Neo=
tete Nympha multo omnium uenustissima, pariter, ac
festiūissima. Neq; rursum id tristi illi alligatus coniu=
gio, quo modo faber ille claudus natus est, uerū, quod
.i. in amo non paulo suauius οὐ φιλότεκτι μιχθείε, quemad
re mistus. modum noster ait Homerus. Genuit autem, nequid
erretis, non Aristophanicus ille Plutus, iam capula=
ris iam

ris, iam oculis captus, sed quondam integer adhuc cal
 lidusq; iuuenta, neque iuuenta solum, uerum multo
 magis nectare, quod tum forte in deorum conuiuio
 largius, ac meratus hauserat. Quod si locum quoq;
 natalem requiritis, (quandoquidem id hodie, uel in= primis ad nobilitatem interessē putant, quo loco pri= mos edideris iugitus) ego nec in erraticā Delō, nec in undoso mari, nec in ἀερι γλαφυροῖσι sumedi
ta, sed in ipsis insulis fortunatis, ubi ἄκαρτα οὐχ
ανέρτα omnia proueniunt, in quibus neq; labor neq;
scenium neq; morbus est ullus, neq; usquā in agris A= sphodelus malua, squilla, lupinum uē, aut faba, aut ali
ud hoc genus nugarum cōspicitur, sed passim oculis
simul, atque naribus ad blandiuntur, moly, panace
nepenthes, amaracus, ambrosia, lotus, rosa, uiola,
hiacynthus, Adonidis hortuli, atq; in his quidem na= ta delitiis, nequaquam à fletu sum austicata uitam,
sed protinus blonde arrisi matri. Iam uero nō in video
τῷ ὑπάτῳ κονύμῳ capram altricē, cum me due
lepidissime Nymphæ, suis aluerint mammis. Methé
Baccho progenita, & apedia Panos filia, quas hic
quoque in ceterarum comitum ac pedisseparū mea
rum consortio uidetis, quarum mehercle, nominā si
uioletis cognoscere, ex me quidem non nisi græce au= dietis. Hæc nimirum, quam sublati superciliis con=
spicamini, φιλαυτία est. Huic, quam uelut arriden
tibus oculis, ac plaudentem manibus uidetis, κολα=
κία nomen. Hæc semisomnis, ac dormitanti simulis tiō:

Homeri
 cum.
 i. specu
 bus cauis.
 Luciani
 cum.
 i. insemita.
 arata.
 Homeri
 cum.
 i. summo
 Saturnio.
 i. sui
 assenta
 tiō:

M O R I A

.i. obliuio. λάθη vocatur. Hec cubito utroq; initens, consertisq;
 .i. odium manibus, μισονοία dicitur. Hec se ore reuicta ser-
 laborum. to, & undique delibuta unguentis ἄδονή. Hec lu-
 .i. uolu bricis, & huc, atq; illuc erratibus luminibus ἀνοία
 ptas. dicitur. Hec nitida cute, probeq; saginato corpore,
 τρυφή nomen habet. Videtis & deos duos puellis ad
 .i. amētia. mistos, quorū alterum κώμορ vocant, alterū γέγε
 .i. delitiae. τορ ὑπνομ. Huius in quam famulitii, fidelibus auxi-
 .i. Deū co liis genus omne rerum meæ subiicio ditioni, ipsis etiā
 messatio- imperans imperatoribus. Genus, educationem, et co-
 nis. mites audistis. Nūc, nec cui sine causa uidetur mihi deæ
 .i. dulcem nomen usurpare, quantis cōmoditatibus deos simul,
 somnum. & homines adficiam, quāq; late mēū pateat numen,
 arrectis auribus accipite. Etenim si non inscite scri-
 psit quidam, hoc deum esse Deum, iuuare morta-
 les. & si merito in deorum senatum ascitis sunt, qui
 uinum, aut frumentum, aut unam aliquam huiusmodi
 .i. prima. commoditatem mortalibus ostenderunt, cur non ego
 .i. forti pa iure, deorum omnium Ἀλφα dicar, habeatq; que
 tre pro- una omnibus largior omnia? Principio, quid esse po-
 gnatae. E= test uita ipsa uel dulcius, uel pretiosius? At huius
 pitheta exordium cui tandem acceptum ferriconuenit, nisi
 sunt apud mihi? Neque enim aut οὐεὶ μοπάτης hasta Palla-
 Homerū. dis, aut νεφεληγερέτς Iouis ægis, hominum genus
 i. Nubium uel progignit, uel propagat. Verū ipse Deūm pater
 congrega atque hominum rex, qui totum nutu tremefactat
 toris. olympum, fulmen illud trisulcum ponat oportet, &
uultum

vultum illum Titanicum quo, cū lubet, deos omneis
 territat, planeq; histriōnum more aliena sumenda
 misero persona, si quando uelit id facere, quod nun= ter.
 quam non facit, hoc est πούδοποιός· Iam uero Stoici .i. fieri pa
 se diis proximos auiumant. At date mihi terq; qua= ter.
 terq; aut, si libet, sexcenties, Stoicum tamen, huic
 quoq; si non barba insigne sapientiae, etiam si cum
 hircis commune, ærte supercilium erit ponendum, ex
 plicanda frons, abiencia dogmata illa adamantina,
 ineptiendum, ac delirandum aliquantis per. In summa
 me, me inquam sapiens ille accersat oportet, si modo
 pater esse uelit. Et cur non apertius meo more uobi=
 scum fabuler? Quæso num caput, num facies, num pe
 ctus, num manus, nū auris, quæ partes honestæ putā
 tur, progenerat Deos, aut homines? Nō opinor? Imò
 ea pars adeo stulta, adeoq; ridicula (ut nec nominari
 citra risum posse) humani generis est propagatrix.
 Is est sacer ille fons, unde uitā hauriunt omnia uerius
 quam ille Pythagoricus quaternio. Age uero qui uir
 obsecro matrimonii capistro uelit præbere os, si quæ
 admodum isti sapientes facere consueuerunt, prius
 eius uitæ incommoda secum perpenderit, aut quæ tā
 dem mulier uirū admissura sit, si partus periculosos
 labores, si educationis molestiam, uel norit, uel cogita
 rit? Porrò si coniugiis debetis uitam, coniugium au= incogitare
 tem debetis & vōīcē pedissequā, mihi nimurum quid
 debeatis, intelligitis. Tum quæ semel hæc experta, de
 nuo repetit.

i. obliuio= nuo repetere uelit, nisi λύθη præsens numem ad-
nis. fuerit: neque uero id genus ipsa, uel reclamante Lu-
crecio unquā inficias iuerit, sine nostri numinis ac-
cessione, suam uim mancā, atq; irritā esse, itaque ex
nostro illo temulento, ridiculoq; lusu, proueniant et
superciliosi philosophi, in quorum locū nunc succe-
sere, quos uulgas Monachos appellat, et purpurei re-
ges, & pii sacerdotes. Postremo totus etiam ille deo-
rū poëticorum coetus, adeo frequens, ut turbam uix iā
ipse capiat olympus, tametsi spatiofissimus. At sa-
nè parum mihi uitæ seminarium, ac fontem debe-
ri, nisi quicquid in omni uita commodi est, id quoq;
totum ostēdero mei muneric est. Quid autē uita haec
num omnino uita uidetur appellanda, si uoluptatem
detraxeris? Applausistis. Evidem sciebam neminē
uestrum ita sapere, uel desipere magis, immo sapere
potius, ut in hac esset sententia. quanquam ne Stoici
quidem isti uoluptatem aspernantur, tametsi sedulo
dissimulant, milleq; conuitis eam apud uulgas dila-
cerant, nimiriū ut deterritis aliis, ipsi prolixius fruan-
tur. Sed dicant mihi per Iouē quæ tandem uitæ pars
est, non tristis, nō infestiuia, non inuenusta, nō insipi-
da, non molesta, nisi uoluptatem, id est stultitiae con-
dimentum adiunixeris? Cuius rei, cum satis idoneus

In sapien-
do nihil-
dulcissi-
ma uita.

testis esse possit, ille, nunquam satis laudatus, Sopho-
cles, cuius extat pulcherrimum illud de nobis Elogiū
Ἐν τῷ φρονεῖν γὰς μηδὲ μῆδισος Βίος, tamē agere
omnem

omnem sigillatim aperiamus. principio, quis nesciat
 primā hominis etatē multo letissimam, multo que
 omnibus gratissimā esse? Quid. n. est illud in infan-
 tibus, qd', sic ex osculamur sic amplectimur, sic foue-
 mus, ut hostis etiam huic etati ferat opem, nisi Stul-
 titiae lenocinium, quod data opera prudens natura,
 reæns natis adiunxit, ut aliquo uoluptatis uelut au-
 thoramento, et educantium labores dilinere queāt,
 et tuentium fauores eblādiantur? Deinde que succē-
 dit huic adolescentia, quā est apud omnes gratiosa,
 quam candide fauent omnes, quam studiose proue-
 hunt, quam officiose porrigunt auxiliares manus? At
 unde quæso ista uiuetæ gratia? unde nisi ex me, cu-
 ius beneficio quam minimum sapit, atque ob id quam
 minime ringitur. Mentior, nisi mox, ubi grandiores
 facti per rerū usum, ac disciplinas, uirile quiddam
 sapere ceperit, continuo deflorescit formæ nitor,
 languescit alacritas, frigescit lepos, labascit uigor.
 Quodq; longius à me subducatur, hoc minus, minus
 que uiuit, donec sucedat τὸ χαλεπὸν γῆραξ. i. mo-
 lesta senectus, non iam aliis modo, uerū etiam sibi-
 met inuisa. Quæ quidē prorsum nulli mortalium fo-
 ret tolerabilis, nisi rursum tātorū miserta laborum,
 dextra adesse, et quemadmodum dii poētarū so-
 lēt pereuntibus aliqua metamorphosi succurere, ita-
 dē ego quoq; ī capulo proximos, denuo quoad licet,
 ad pueritiæ eos reuocarē, unde nō abs re uulgus eos

MORIA

i. iterum παλιν πολλας appellare coſueuit, Porro ſiqſ trah
 pueros. ſermandirationem requirat, ne id quidem celarim.
 Ad Læthes nostræ fontem (nam in insulis fortunatis
 oritur, ſiquidem apud inferos tenuis modo riulus
 labitur) eos produco, ut ſimul, atq; illic longa pota=
 rint obliuia, paulatim dilutis animi curis repube=ſtant. At iſti iam delirat inquiunt, iam desipiunt.
 Eſto ſanè, ſed iſtuc ipſum eſt repuerascere. An uero
 aliud eſt puerum eſſe, quā delirare, quām deſipere
 An non hoc uel maxime in ea delectat ætate, quod
 nihil sapit? Quis enim non ceu portentū oderit, atq;
 execretur, puerum uirili ſapiencia? Aſti pulatur, &
 uulgo iactatum prouerbium. Odi puerulū præcoci
 ſapiencia. Quis autē uifineret haberē commertiū,
 aut conſuetudinē cum eo ſene, qui ad tantam rerum
 experientiam, parem animi uigorem, iudiciūq; acri
 moniam adunxiſſet? Itaq; delirat ſenex meo muñe=tre. Sed tamen delirus iſte meus, interim miſeris illis
 curis uacat, quibus ſapiēs ille diſtorquetur. Interim
 non illepidus eſt compotor, nō ſentit uitæ tediū, qđ
 robustior ætas uix tolerat. Nonnunquam cum ſene
 Plautino ad tres illas literas reuertitur, ifeliassimus,
 ſiſapiat. At interim meo beneficio felix, interim ami=ciſ gratus, ne congerro quidem infeſtius. Quando
 quidem, et apud Homerum, ē Nestoris ore fluit ora=rio melle dulcior, cum Achillis ſit amarulenta, et a=pu=di eundē, ſenes in menib⁹ confidentes τὴν θε=ρίον εσταψαν

AMO.

i. florulē
 tam.

gōēos& p uocem edunt. Quo quidem calculo ipsam etiam superant pueritiam, suauem quidem illam, sed infantē, ac præcipuo uitæ oblectamēto, puta garrulitate carentē. Addite huc, quod pueris quoq; gaudent impēsius senes, ac pueri uiassim senibus deleatātur, ὡς αεὶ τὸ πόμπιον ἄγε δέδει ὡς τὸ πόμπιον. Quid enī inter illos non cōuenit, nisi qd' hic i. et semp rugosior, et plures numerat natales. Alioqui capillo similem rum albor, os edentulum, corporis modus minor, lauducit deus ētis appetētia, balbuties, garrulitas, iepitia, obliuio, ad similē. i cogitantia, breuiter omnia cætera congruunt, quoq; magis accedūt ad senectam, hoc proprius ad pueritiae similitudinem redeunt, donec puerorum ritu, citrā uitæ tedium, citra mortis sensum, emigrant ē uitā. Eat nunc qui uolet, et hoc meū beneficium cum reliquorum deorum metamorphosi comparet. Qui quid irati faciant non libet commemorare, sed qbus quā maxime propitiū sunt, eos solent in arborem, in auem, in cicadam, aut etiam in serpentē transformare, quasi uero non istuc ipsum sit perire, aliud fieri. Ego uero hominem eundem optimæ, ac felicissimæ uitæ parti restituo. Quod si mortales prorsus ab omnī sapientiæ commertio temperarēt, ac perpetuo mecum etatem agerēt, ne esset quidem ullum seniū, uerum, perpetua iuuentu fruerentur felices. An non uidetis tetricos istos, et uel philosophiæ studiis, uel seruis, et arduis addictos negotiis, plerūq; prius quā

M O R I A

planè iuuenes sint, iam cum senuisse, uidelicet curis,
et assidua acriq; cogitationum agitatioe, sensim spi-
ritus, et suctum illum uitalem ex hauriēte. Cum con-

Prouer. tra Moriones mei pinguiculis sint, et nitidi, et bene au-
• i. porcia rata acute, planè χόροι (quod aiunt) ἀκαεγώνιοι,
carnanii. nunquam profecto senectutis incommodum ullum
sensuri, nisi non nihil (ut fit) sapientum contagio im-
ficerentur, adeo nihil patitur hominum uita omni ex
parte beatum esse. Accedit ad hæc uulgati prouer-
bi non leue testimonium, quo dictitant, Stultitiam
unam esse rem, quæ et iuuentam alioqui fugacissi-
mam remoretur, et improbam senectam procul ar-
ceat, ut non temere de Brabantis populari sermone
iactatum sit. Cum cæteris hominibus ætas prudentiā
adferre soleat, hos quo propius ad senectam acce-
dunt, hoc magis, atq; magis stulte sære. Atqui hac gē-
te non est alia uel ad communem uitæ cōsuetudinem
festiuior, uel quæ minus sentiat senectutis tristitiam.
His quidem, ut loco, ita et uitæ instituto confines sunt
Hollandi mei. Cur enim non meos appellem, usque
adeo studiosos mei cultores, ut id uulgo cognomē e-
meruerint? cuius illos adeo nō pudet, ut hinc uel præ-
apue se iactitēt. Eant nunc stultissimi mortales, et
Medeas, Circes, Veneres, Auroras et fontem neso
quem requirant, quo sibi iuuentam restituant, cum
id sola præstare et possim, et soleam. Apud me suc-
cus est ille mirificus, quo Memnonis filia, Tithoni
sui iuuen-

thoni sui iuuentā prorogauit. Ego sum Venus illa au*NB*
 ius fauore Phaōn ille repubuit, ita ut à Sapphone tā
 topere ameretur. Meæ sunt herbæ, si quæ sunt, mea
 precamina, meus ille fons, qui non solum reuocat e-
 lapsam adolescentiam, sed (quod est optabilius) per
 petuā seruat. Quod si omnes huic sententiæ subscri-
 bitis adolescentia nihil esse melius, senectute nihil de-
 testabilius, quantum mihi debeat is, uidetis opinor,
 quæ tantum bonum retineam, tanto excluso malo.
 Sed quid adhuc de mortalibus loquor? Cœlum omne
 lustrate, et mihi meum nomen approbet licebit, qui
 cunq; uolet, si quem omnino decorum repererit non
 insuauē, et aspernabile, nisi meo numine commende-
 tur. Etenim cur semp ephæbus, et comatus Bacchus
 Nempe qa uecors, ac temulētus conuiuiis, saltatione-
 bus, choreis, lusibus uitā omnē transfigens, ne tantil-
 lum quidem habet cū Pallade cōmercii. Deniq; tātū
 abest, ut sapiēs haberi postulet, ut ludibriis, ac iocis
 colig audeat, neq; prouerbio offenditur, qd illi fatui Prouer. i.
 cognomētū attribuit. Id est huiusmodi μογύχς μω Morycho
 γότερος. Porrò Moricho nomen uertunt qd illū pro stultior.
 templi foribus sedentē, musto ficiſq; recētibus agri
 wolarum lasciuia consueuerit oblinere. Tum autem
 quid non scōmatum in hūc uetus iacit comœdia? O
 in sulsum inquiunt, Deū, et dignum, qui ex inguine
 naſeretur. At quis non malit hic fatuus, & insulsus
 esse, semp festiuus, semp pubescens, semp omnibus

.i. obliqui lusus, ac uoluptatem adferens, q̄uel ἀγνολογήτης
 consili. ille Iupiter omnibus formidabilis, uel Pan suis tumul-
 tibus omnia senio uitians, uel fauillis oppletus Vulca-
 nus, ac semper officinæ laboribus squalidus, aut Pal-
 las etiā ipsa, sua Gorgone, et hasta terribilis, καὶ ἀεὶ^{τόπιον}
 .i. semper τοιū intu-
 ens. ενορῶσσα δριμύ. Cur semp puer Cupido? cur, nisi
 q̄a nugator est οὐκέτι μηδὲν ὑγίεις, neq; facit neq; co-
 gitat. Cur aureæ Veneri semp uernat sua forma? Ni
 mirū. q̄a mecū habet affinitatem, unde et patris mei
 colorē uulture refert. Atq; hac de causa est apud Home-
 rum χρυσῆ ἀφροδίτη. Deinde ppetuo ridet, si quid
 modo Poëtis credimus, authorū et mulis statuariis.
 Quod numen unquā religiosius coluere Romani, q̄
 Flore omniū uoluptatum parentis? quāquam si quis
 etiam tetricorum deorum uitā diligentius requirat
 ab Homero, reliquisq; poetis, reperiet Stultitiae ple-
 na omnia. Quid. n. attinet reliquorū facta cōmemo-
 rare, cū Iouis ipsius fulminatoris amores, ac lusus p-
 be noritis? Cum seuera illa Diana oblita sexus, nihil
 aliud, quā uenetur, Endimionem interim deperiens?
 Verum illi sua facinora, à Momo audiant malum, à
 quo sepius quondam audire solebant. Sed hunc nuper
 irati una cum Ate in terras præcipitē dederunt, qd̄
 sapientia sua, felicitati deorū importunus obstrepe-
 ret. Neq; mortalium ullus exulē dignatur hospitio.
 tantum abest, ut illi in principiū aulis sit locus, in
 quibus tamen mea nō dōcūcē primas tenet, cui cum
 Momo nō magis cōuenit, quā cū agno lupis. Ita q̄

.i. adul-
 tio.

sublato illo, iam multo licentius, ac suauius nugantur
 dii uere πάσοι ἄγροις, ut inquit Homerus, nullo ui .i. facili
 delicet censore. Quos .n. non præbet iocos siculnus me agen
 ille Priapus? Quos nō ludos exibbet furtis, ac præfi tes.
 quis suis Mercurius? Quin & Vulcanus ipse in deo=
 rū conuiuuis γελωτίποιοι agere consueuit, ac mo Homeri
 do claudicatione, modo fauillis, modo ridiculis dictis .i. risus
 exhilarare compotationē. Tum et Silenus ille senex concitato
 amatortήμορθα saltare solitus unā cū polyphe rem.
 mo τὴν θρησκευόντων. Niphis τὴν γυμνοπόδιον, Est genus
 saltantibus. Satyri semicapri atellanas agitant. Pan saltatio
 insulsa quapiam cantūcula, risum omnibus mouet, nis rustica
 quem ita malunt quā ipsas audire musas, præcipue num.
 cū iā nectare cœperint madere. Porrò quid ego nūc
 commemorem quae probe poti dii, post conuiuum,
 agitent? Adeo me hercle Stulta, ut ipsa non unquam
 àrisu temperare nequeam. Sed Satius est in his Har
 pocratis meminisse, ne quis forte nos quoq; Coryce=
 us aliquis Deus auscultet, ea narrantem que ne Mo
 nus quidem impune prolocutus est. Sed iam tem=
 pus est, ut ad Homericum exemplar, relictis cœlitis
 bus uicissim in terram demigremus, quanquā ibi ni
 hil, letum, aut felix sit, nisi meo muncre dispidamus.
 In primis uidetis, quanta prouidentia natura pa=
 rents, & humani generis opifex, illud cauerit, ne us=
 quam decesset Stultitiae condimentum? Etenim cum
 Stoicis definitioribus, nihil aliud sit Sapientia, quam

duciratione, contra Stultitia, affectum arbitrio mo-
 ueri, ne plané tristis, ac tetrica esset hominum uita,
 Iupiter quanto plus indidit affectuum quām ratio-
 nis, quasi semiundam compares ad assēm. Præterea
 rationem in angustum capitis angulum relegauit,
 reliquum omne corpus perturbationibus reliquit.
 Dēinde duos quasi tyrannos uiolentissimos uni op-
 posuit, Irām, quæ præcordiorū arcem obtinet, atq;
 adeo ipsum uitæ fōntem cor, et concupiscentiā, quæ
 ad imam usque pubem latissime imperium occupat.
 Aduersus has geminas copias, quantum ualeat ra-
 tio, communis hominum uita satis declarat. Cum il-
 la, quod unum licet, uelutq; ad rauim reclamat, &
 honesti dictat formulas, uerum hi laqueum regi suo
 remittunt, multoq; odiosius obstrepunt, donec iam
 is quoq; fessus, ultro cedit, ac manus dat. Cæterum
 quoniam uiro administrandis rebus nato, plusculum
 de rationis unciola erat aspergendum, ut huic quoq;
 pro uirili consuleret, me sicut in cæteris in consiliū
 adhibuit, moxq; consilium dedi me dignum. Nempe
 uti mulierem adiungeret, animal uidelicet stultum
 quidem illud & ineptum, uerum ridiculum, & sua
 ue, quo conuictu domestico, uirilis ingenii tristitiam
 sua stultitia cōdiret, atq; edulcaret. Nam quod Plato
 dubitare uidetur, utro in genere ponat mulierē, ra-
 tionalium animantium, an brutorum, nihil aliud uo-
 luit, quām insignem eius sexus stultitiam indicare.

C. 12.

Quod

Quod si qua forte mulier sapiens haberi uelit, ea nihil aliud agit, quam ut bis stulta sit, perinde quasi boue aliquis ducat ad ceroma, inuita, reluctanteq; (ut aiunt) Minerua. Conduplicat enim uitium, quisquis contra naturam uirtutis fucum inducit, atq; alio deflexit ingenium. Quem admodum iuxta Græcorū prouerbiū. Simia semper est Simia, etiam si purpura uestiatur, ita mulier semp mulier est, hoc est stulta, quancunq; persona induxeris. Neq; uero mulierum genus usque adeo stultum arbitror, ut mihi eā ob rem suæenseant, quod illis, & ipsa mulier, et stultitia stultitudinem attribuam. Etenim si rem rectam repudent uia, hoc ipsum Stultitiae debent acceptum ferre, quod sint uiris multis calculis fortunatores. Primū formæ gratia, quā illi merito rebus omnibus anteponunt, cuiusq; præsidio in tyrannos etiam ipsos tyrannidem exercent, alioqui unde nam horror ille formæ hispida cutis, & barbae sylua planè senile quiddam in uiro, nisi à prudentiæ uitio, cum fœminarum semper lenes male, uox semper exilis, cutis mollicula, quasi perpetuam quandam adolescentiam imutentur. Deinde quid aliud optant in hac uita, quam ut uiris quā maxime placant? Non' ne huc spectant tot cultus, tot fuci, tot balnea, tot comptræ, tot unguenta, tot odores, tot componendi, pingendi, fingendiq; uultus, artes? Iamnum alio nomine uiris magis commendatae sunt quam stultitiae? Quid enim est, quod

B 5 illi mulie-

illi mulieribus non permittunt? At quo tandem auctoramēto, nisi uoluptatis? Delectant autem non aula re, quā Stultitia. Id esse uerum, non ibit inficias quisquis secum reputarit, quas uir cum muliere dicat inceptias, quas agat nugas, quoties fœminea uoluptate decreuerit uti. Habetis igitur primum, et principium uitæ obiectamentum, quo fonte proficiscatur. Sed sunt nonnulli, cum primis autem senes, bibaces quidem illi magis quā mulierosi, qui summā uoluptatem in compotationibus constituunt. Equidē an sit ullum lautum conuiuum, ubi mulier non ad sit, uiderint alii. illud certe constat atra Stultitiae condimentum, nullum omnino suave esse adeo ut si de sit qui uel uera, uel simulata Stultitia risum moueat, uendi artificem.

i. risus modus qui uel uera, uel simulata Stultitia risum moueat, uendi artificem.

τραγήματα. qui ridendis, hoc est stultis dictariis, silentium ac tristitiam compotationis discutiat. Quorsum enim attinebat tot bellarius, tot lautitus, tot cupidiis onerare uentre, nisi et oculi pariter, et aures, nisi totus animus risu, iocis, leporibus pascereturs. At istiusmodi tragematu, ego sum architectrix unica, quāquā illa ipsa iam in conuiuiis solennia, regem sortiri talis, lusitare tesseris, philotesius iuitare; ad myrtū canere, saltare, gestulari, non à septem Græcæ sophis, uerū a nobis ad humani generis salutē reptas sunt. Atqui omnia huiusmodi rerū ea natura est, ut quo plus habent Stulti-

i. secundæ mensæ.

i. epulatio potatio.

; certare συμπόσιον.

ant Stultitiae, hoc plus conferant uitæ mortaliū, quæ
si tristis sit, ne uita quidē appellāda uideatur. Tristis
aut̄ euadat oportet, n̄isi cognatū tædiū hoc genus ob-
lectamentis absterreris. Sed erunt fortassis, qui hoc
quoq; uoluptatis genus negligat, et in amicorū chari-
tate, et cōsuetudine acquiescat, amiatiā dictitātes u=
nam rebus oībus anteponēdam, quippe rem usq; a=
deo necessariā, ut nec aēr, nec ignis, nec aqua magis-
rur sum adeo iucundā, ut qui hanc de medio sustule=
rit, Solem sustulerit. adeo deniq; honestam (siquid tā
mē hoc ad rem p̄tinet) ut nec ipsi philosophi uerean-
tur eā iter præcipua bona cōmemorare. Sed qd, si do-
ceo, me huius quoq; tāti boni, et puppim esse, et pro-
rā? Doēbo aut̄ non crocodilitis, aut foritis, ceratinis
aut alius id genus dialecticorū argutiis, sed pīgūi (qd
aiunt) Minerua rem, dīgito propemodum ostendā,
Age cōniuere, labi, cæcutire, hallucinari in amicorū
uitiis, quedam etiam insignia uitia, pro uirtutibus
amare, mirarique, an non Stultitiae uidetur affinē?
Quid cum aliis exosculatur neuum in amico, alium
delectat polypus agnē, cum filium strabonem ap=
pellat petum pater. Quid inquam! hoc est n̄isime=
ra Stultitia: clamenterq; quaterq; Stultitiā esse. atq;
hæc una stultitia, et iungit iunctos, & seruat ami-
cos. De mortalibus loquor, quorū nemo sine uitis na-
scitur, optimus ille est, qui minimis urgetur. Cū in-
terim inter sapientes istos deos, aut omnino nō coale-
scit

M O R I A

scit amicitia, aut tetrica quædam, & insuavis intercedit, nec ea nisi cum paucissimis, nam cum nullis dicere religio est, propterea quod maxima pars hominum desipit, immo nullus est, qui non multis modis deliret, & non nisi inter similes coheret necessitudo. Quod si quando inter se ueros istos coierit mutua benevolentia, ea certe haud quaqua stabilis est, nec admodum duratura, nimiri inter morosos, & plus satis oculatos, ut qui in amicorum uitiis tam cernunt acutum, quam aut aquila, aut serpens Epidaurias. At ipsi in propriis uitiis quam lippiant, et quam non uidet manticam in tergo pendentem. Itaque cum ea sit hominum natura, ut nullum ingenium reperiatur non magnis obnoxium uitiis, addet tantam animalium, ac studiorum dissimilitudinem, tot lapsus, tot erratz, tot casus uitæ mortalis, quo pacto uel horam constabit inter argos istos amicitiae iucunditas, nisi accesserit ea quam mire Graeci è uirib[us] appellat, fatuitas. quam seu stultitiam, seu morum facilitatem uertasli Ex theo cebit. Quid autem? an non Cupido ille omnis necessi criti buco tudinis author, et parens, prorsum oculis captus est? liastis. cui quemadmodum τὸ μῆκαλλα καλλά πέφαντο. .i. non pulchra Itidem inter uos quoque effiat, ut suum cuique pulchrū uideatur, ut cascus cascā, perinde, ut pupus pupā pulchra deamet. h[oc] ec passim & fiunt, & ridentur. Sed tamē uidentur. h[oc] ec ridicula iucundam uitæ glutinant, copulantque societatem. Porrò quod de amicitia dictum est, id multo

multo magis de coniugio sentiendum, quod quidem
nihil est aliud, quam indiuidea uitæ coniunctio. Deum
immortalem, quæ non diuertia, aut etiam diuertiis
deteriora passim acciderent, nisi uiri, fœminæq; do-
mestica consuetudo, per adulatioñē, per iocum, per
facilitatem, errorem, dissimulationem, meum utiq;
satellitiū fulciretur, alereturq; Papé, quā pauca coi-
rent matrimonia, si sponsus prudenter exquireret,
quos lusus delicata illa, sicut uidetur, ac prudens uir-
guncula, iam multo ante nuptias luserit? Tum quan-
so pauciora cohæreret initia, nisi plurima uxoriū fa-
cta, per uiri uel negligētiā, uel stuporem laterent?
Atq; hæc quidem merito Stultitiae tribuuntur, uerū
ea interim præstat, ut marito iucunda sit uxor, uxo-
ri iucundus maritus, ut tranquilla domus, ut maneat
affinitas. Ridetur cicalis, et currucæ, et quid non uo-
tatur, cum mœchæ lachrimas labellis exorbet? At
quanto felicius sic errare, quā Zelotipiæ diligentia
cum se confiære, tū omnia miscere tragœdiis? In
summa, ujq; adeo nulla societas, nulla uitæ coniun-
ctio sine me uel iucūda, uel stabilis esse potest, ut nec
populus principem, nec seruū herus, nec heram pe-
dissequa, nec discipulum præceptor nec amicus ami-
cum, nec maritū uxor, nec locator cōductorem, nec
contubernalis contubenalem, nec coniuctor coniucto-
rē diutius ferat, nisi uicissim inter se nunc errent,
nunc adulentur, nunc prudentes conniveant, nunc
aliquo

M O R I A

aliquo Stultitiae melle sese deliniant. Iam hæc scio uideri maxima, sed audietis maiora. Quæso, num quæ quam amabit qui ipse semet oderit? Num cum alio concordabit, qui secum ipse dissidet? Num ulli uoluptatē adferet, qui sibi metipſi sit grauis, ac molestus? Istud opinor, nemo dixerit, nisi qui sit ipsa stultior Stultitia. Atqui, si me excluseris, adeo nemo poterit alterum ferre, ut ipse etiam sibi quisque puteat, sua cuiq; sordeant, sibi quisq; sit iniuisus. Quandoquidē id malinatura, non paucis in rebus nouerca magis, q; parens, mortalium ingeniis inseuit, præcipue paulo cordatorum, ut sui quenq; pœniteat, admiretur aliena, quo fit, ut omnes dotes, omnis elegātia, decorq; uitæ uitietur, pereatq;. Quid enim proderit forma, præcipuum decorum immortalū munus, si putiditas uitio contaminetur? Quid iuuenta, si senilis tristitia fermēto corrūpatur? Deniq; quid in omni uitæ munere, uel tecum, uel apud alios acturus es cum de coro (est enim non artis modo, uerum etiam omnis aetioris caput, decere quod agas) nisi adsit dextra hæc Philautia, que mihi merito germanæ est uice, adeo strenue meas ubique partes agit. Quid autem æque stultum, atq; tibi ipsi placere te ipsum admirari? At rursum quid uenustum, quid gratiosum, quid non in decorum erit, quod agas, ipse tibi displicens? Tolle hoc uitæ condimentum et protinus frigebit cum sua actione orator, nulli placebit cum suis numeris musi-
cus, explor

eus, explodetur cum sua gesticulatione histrio, ridebitur una cum suis cum musis Poëta, sordebit cum arte pictor, esuriet cū pharmacis medicus, postremo pro Nireo Thersites, pro phaōne Nestor, pro Minerua sus, pro faciendo infans, pro urbano rusticus uidebris. Intantū necesse est, ut sibi quoq; quisq; blādiātur & assentatiuncula quapiam sibi prius cōmendetur, quā alius possit esse commēdatus. Deniq; cum præcipua felicitatis pars sit, quod sis esse uelis, nimirum totum hoc præstat compendio mea Philautia, ut neminem suę formę, neminem sui ingenii, neminē gereris, neminem loci, neminē instituti, neminem patriae pœniteat, adeo ut nec Hirlādus cū Italo, nec Thrax cum Atheniēsi, nec Scytha cum insulis fortunatis aepiat permutare. Et o singularem naturę sollicitudinem, ut in tanta rerum uarietate paria fecit omnia. Vbi dotibus suis non nihil detraxit, ibi plusculum Philautiae solet addere, quanquam hoc ipsum stulte profecto dixi, cum hæc ipsa dos sit uel maxima, ut ne interim dicam, nullum egregium facinus adiri, nē sim eo impulsu, nullas egregias artes, nisi me authore, fuisse repertas. An non omnium laudatorum facinorum seges, ac fons est bellum? Porro quid stultius quā ob causas, nescio quas, certamē eiusmodi scipere, unde pars utraq; semper plus austert incommodi, quam boni? Nam eorum, qui cadunt ueluti Mēgarensum οὐδεὶς λόγος. deinde cū iam utrinq; cōstitutere respectus

stiteret ferratae acies, & rauco crepuerūt cornua can-
 tu, quis oras sapientum istorum usus? qui studiis ex-
 hauisti, uix tenui, frigidoq; sanguine spiritū ducunt.
 Crassis, ac pinguibus opus est, quibus quā plurimū
 adsit audatiae, mentis quā minimum, nisi si quis De-
 mosthenē militem malit, qui Archilochi secutus cōsi-
 lium, uix cōspectis hostibus, abiecto clypeo fugit, tā
 ignauus miles, quām orator sapiens. Sed consilium
 (inquiunt) in bellis plurimum habet momenti. Equi
 dem fateor in duæ, uerum id quidem militare non
 philosophicum, parasitis, lenonibus, latronibus, si-
 cariis, agricolis, stupidis, obæratis, & huiusmodi
 mortalium sece, restam præclarageritur, non phi-
 losophis lucernariis, qui quidem quām sint ad o-
 mmem uitæ usum inutiles, uel Socrates ipse unus
 Apollinis oraculo sapiens, sed minime sapienter iu-
 dicatus, documento esse potest, qui nescio quid publi-
 & conatus agere, summo cum omnium risu discessit.
 Quamquam uir is in hoc non usquequaq; desipuit,
 quod sapientis cognomen nō agnoscit, atq; ipsi deo
 rescribit. Quodq; cēset sapientia rep. tractanda ab
 stinendum esse, nisi quod potius monere debuerat, à
 sapientia temperandum ei, qui uelit in hominum ha-
 beri numero. Deinde quid eundem accusatum ad a-
 cutam bibendam adegit, nisi Sapientia? Nam dum nu-
 bes, & Ideas philosophatur, dum pulicis pedes me-
 titur, dum aliquum uocem miratur, quæ ad uitam cō-
 munem

munem attinent, non didicit. Sed adeſt præceptor i de
capite periclitanti discipulus Plato, egregius scilicet
patronus, qui turbæ strepitū offensus, uix dimidia= =
tam illam periodum pronuntiare potuit. Iam quid di
cam de Theophrasto? qui progressus in contionem,
repente obmutuit, perinde quasi lupo cōspecto. Qui
militem animasset in bello Isocrates ob ingenii timi= =
tatem, nec hincere unquam est ausus. M. Tullius elo
quentiæ Romanæ parens, semper indecora trepidatione,
perinde quasi puer singultiens, exordiri cōsue
uit. Idq; Fabius interprætatur cordati oratoris, et pe
riculum intelligentis argumentum. Verum cum hoc
dicit, an nō palam fatetur sapientiam obſtare ad rem
probe gerendam? Quid iſti facient, cum res ferro ge
ritur, qui tum metu exanimantur, cū nudis uerbis est
decertandum? Et post hæc celebratur, si diuis placet,
præclara illa Platonis sententia, beatas foreres publi
cas, si aut imperent philosophi, aut philosophentur
Imperatores. Immo si cōſules Historicos, reperies ni
mirū nullos reip· pestilentiores fuisse principes, quā
si quando in philosophastrum aliquem, aut literis ad
dictum inciderit imperium, cuius rei satis opinor fa
ciunt fidem Catones, quorum alter insanis delationi
bus reip. tranquilitatem uexauit, alter libertatem. P.
R. dum nimium sapienter uindicat, funditus subuer
tit. Adde his Brutos, Cassios, Gracchos, ac Ciceronē
etiam ipsum, qui non minus pestilens fuit Romano

C rum reip.

M O R I A

rum reip. quam Demosthenes Atheniensium. Porro
M. Antonius (ut donemus bonum imperatorem fuisse)
nam id ipsum extorquere possim (fuit enim hoc
ipso nomine grauis, atque inuisus ciuibus, quod tam
philosophus esset). Sed tamen ut donemus fuisse bo-
num, at certe pestilētior fuit reip. tali relicto filio, quā
fuerat sua administratione salutaris. Quandoqui-
dem solet hoc hominum genus, qui se se sapientiae stu-
dio dediderunt, cum cæteris in rebus, tum præcipue
in liberis propagandis infelicissimum esse, prouidēte opi-
nor natura, ne malū hoc sapiētiæ inter mortales lati-
us serpat, itaq; Ciæroni degenerē fuisse filiū cōstat, et
sapiēs ille Socrates liberos habuit matris similiores q̄
patris, ut nō oīno pessime scripsit qdā .i. stultos, sed
.i. asini ad utcunq; ferendū, sitantū ad publica munia forēt oīvoi
lyram. περὶ τοῦ λύραρχοῦ, nisi ad omnē prorsus uitæ functionem
nihilo essent dexteriores. Ad conuiuiū adhibe sapien-
tē, aut tristi silentio, aut molestis quaestunculis obtur-
babit. Ad chorū aduoca, camelū saltare dices. Ad pu-
blicos ludos trahe, ipso uultu, populi uoluptatibus ob-
stabit, et cogetur, è theatro migrare sapiens Cato, quā
doquidē supercilium non potest ponere, in colloquium
inciderit, repente lupus in fabula. Siquid emendū, si
contrahēdum, breuiter, si quid eorū agendū, sine qui-
bus hæc quotidiana uita transfigi non potest, stipitem
dicas sapientem istum, non hominem, usq; adeo nec
sibi, neq; patriæ, neq; suis usquā usui esse potest, pro-
pterea quod cōmunium rerum sit imperitus, & à po-

pulari opinione, vulgaribusq; iſtitutis longe lateq; diſcrepet. Qua quidem ex re, odium quoque conſequatur, neceſſum eſt, ni mirum ob tantam uitæ, atq; ani= morum diſſimilitudinem. Quid enim omnino geritur inter mortales, non Stultitiae plenum, idq; à ſtultis, & apud ſtultos? Quod ſi quis unus uniuersis uelut obſtreperet, huic ego ſuaferrim, ut Timonem imitatus, in ſolitudinem aliquam demigret, atq; ibi ſolus ſua frua tur ſapientia. Verum ut ad id quod iſtitueram re=uertatur, que uis ſaxeos, & agrestes illos homines in ciuitatem coegit, niſi adulatio? Nihil enim aliud ſigniſcat illa Amphionis, & Orphei cithara. Quæ res, plebem Romanam iam extrema moliētum, in concordiam auitatis reuocauit? Num oratio philosophica Minime. Imo ridiculus, ac puerilis apologus de uêtre, reliquiasque corporis membris confictus. Idem ua= luit Themistoſclis apologus conſimilis de uulpe, et eri cio. Quæ ſapientis oratio tantundem potuifſet, quan tum commenticia illa cerua Sertorii potuit? Quantū Laconis illius de duobus canibus, deq; uellendis equi nae caudæ pilis ridendum commentum? Ut nequid dicam de Minoe, deq; Numa, quoruſ uterq; fabulosis inuentis. ſtulta multitudinem rexit, huiusmodi nugis cōmouetur ingens, ac potens illa belua populus. Atrur ſum que ciuitas unquā Platonis, aut Aristotelis leges, aut Socratis dogmata recepit? Tū autem quæ res De ciis perſuasit, ut ultrò ſeſe diuis manibus deuouerent? Quid Q. Curtium in ſpecum traxit, niſi imanis glo

M O R I A

ria, dulcissima quædam Siren, sed mirum quā à sapiē
tibus istis damnata? Quid n. stultius inquiunt, quā
suppliæ candidatum blandiri populo, congiariis fa
uorem emere, uenari tot stultorum applausus, accla
mationibus sibi placere, in triumpho ueluti signū ali
quod, pupulo spectandum circumferri, æneum in fo
ro stare. Adde his nominum, & cognominū adoptio
nes, adde diuinos honores hominutioni exhibitos, ad
de publicis ceremoniis in deos relatos, etiam scelerat
issimos tyrannos. Stultissima sunt hæc, et ad queri
dēda non unus sufficiat Democritus. Quis negat? At
qui hoc fonte natā sunt fortium herorum faanora, quæ
tot eloquentiam virorum literis in cœlum tolluntur.

Hæc stultitia parit ciuitates, hac constant imperia,
magistratus, religio, consilia, iuditia, nec aliud omni
no est uita humana, quam Stultitiae lusus quidam.
Iam uero, ut de artibus dicam, quid tandem mortali
um ingenia, ad excogitandas, prodendasq; posteris
tot egregias, ut putant, disciplinas excitauit, nisi glo
rie sitis: tantis uigiliis, tantis sudoribus, famam ne
scio quā, qua nihil esse potest inanius, redimendā pu
tarunt homines uere stultissimi. Sed interim Stultitiae
tot iam egregia uitæ commoda debetis, quodq; est lon
ge dulcissimum, aliena fruimini insania. Ergo poste a
quam mihi fortitudinis, & industrie laudem uin
dicui, quid si prudentiæ quoque uindicem? Sed dixe
rit aliquis, eadem opera ignem aquæ misceas liabit?

Verum

Verum hoc quoq; successorum arbitror, si uos modo quod antehac feastis, auribus, atque animis fauebitis.

Priapio, si rerū usu constat prudētia, in uirū magis cōpetet eius cognomis honos Sapientē, qui parti ob pudorē, parti ob animi timiditatē nihil aggreditur, an i stultū, quē neq; pudor, quo uacat, neq; periculū quod non perpendit, ab ulla re deterret? Sapiens ad libros ueterum confugit, atque hinc meras uocum argumentias ediscit. Stultus adeūdis, cominusq; periclitans rebus ueram, ni fallor, prudentiam colligit? Id qd uidisse uidetur Homerus, etiam si cæus, cum ait
 Σεχδεη δέ τε νήπιος ἔγω. Sunt enim duo priapia Factum ad cognitionem rerum parandam obstacula. Pudor, uero fatu qui fumum offundit animo, & metus, qui ostendo pe us cognoscitudo, dehortatur ab adeundis facinoribus, at his magnifice liberat Stultitia. Pauci mortales intelligunt, ad quam multas alias quoq; commoditates conducat, nunquam pudeſcere, & nihil non audere. Quod si prudentiam accipere malunt, eam quæ rerum iudicio constat, audite obsecro, quām procul absint ab hac, qui hoc nomine ſeſe uendant. Principio, constat res omnes humanas, uelut Alcibiadis Silenos, binas habere fides, nimium inter ſeſe diſſimiles, adeo ut quod prima (quod aiunt) fronte mors est, si interius infacia, uita ſit, contrà, quod uita, mors. Quod formosum, deforme, quod opulentum, id pauperrimum, quod infame, gloriosum, quod doctum, indoctum.

M O R I A

quod robustum, imbecille· quod generosum, ignobile· quod lætum, triste · quod prosperum, aduersum · quod amicum, inimicum · quod salutare, noxiū · breuiter omnia repente uersa reperies, si Silenus aperueris · Id si cui forte nimis philosophice dictum uidetur, age, pinguiore (quod aiunt) Minerua planius faciam · *Quis regem non & opulentum, & dominū fatetur? at qui nullis animi bonis instructus est, at qui nihil illi satis est, iam uidelicet pauperrimus est, tum animum habet plurimis addictum uitiiis, iam turpiter seruus est.* Ad eundem modum in cæteris quoque philosophari licet, sed hoc exempli uix posuisse sat is sit · At quorsum hæc inquiet aliquis? Audite quò rem deducamus · Si quis histriónibus in scena fabulam agentibus, personas detrahere conetur, ac spectatori bus ueras, natuasq; facies ostendere, non ne is fabulam omnem peruerterit, dignusq; habeatur, quem omnes ē theatro ueluti lymphatum, saxis euiciant? Exorietur autem repente noua rerum species, ut qui modo mulier, nunc uir · qui modo iuuenis, mox se nex · qui paulo ante rex, subito Dama · qui modo deus, repente homunculus appareat · Verum eum errorē tollere, est fabulam omnem perturbare · Illud ipsum figmentum, & fucus est, quod spectatorum oculos detinet · Porrò mortalium uita omnis, quid aliud est, quam fabula qua piam? in qua alii aliis obtecti personis, procedunt, aguntq; suas quisq; partes, donec choragus educat ē proscenio, qui sepe tamen

eundem diuerso cultu prodire iubet, ut qui modo regem purpuratum cegerat, nunc seruulum pannosum gerat. Adumbrata quidem omnia, sed hæc fabula non aliter agitur. Hic si mihi sapiens aliquis cœlo delapsus, subito exoriatur, clamitet que hunc, quem omnes ut deum, ac dominum suspiciunt, nechominem esse, quod pecudum ritu ducatur affectibus, seruum esse infimum, quod tam multis, tam que foedis dominis sponte seruiat. Rursum alium, qui parètem extinctum luget, ridere iubeat, quod iam demum ille uiuere cœperit, cum alioqui uita hæc nihil aliud sit, quam mors quedam. Porro alium stemmatis gloriantem, ignobilem, ac nothum appellebat, quod à uirtute longe absit quæ sola nobilitatis sit fons, adq; eundem modū de cæteris omnibus loquatur, quæ so quid is aliud egredit, nisi ut demens, ac furiosus omnibus esse uideatur? Ut nihil est stultius præpostera sapientia, ita puersa prudētia nihil imprudentius. Siquidē peruerse facit, qui se se non accommodet rebus præsentibus, foroq; nolit uti, nec saltem legis illius coniuivialis meminerit.

[¶] π' δι. [¶] ἔπειδι postulet que, ut fabula iam non sit fabula. Contra uere prudentis est, cum sis mortalis, nihil ultra sortem sapere uelle, cumq; uniuersa homini multitudine, uel conniuere libeter, uel comiter errare. Ad istud ipsum inquiunt, Stultitiae est, haud equidem inficias iuerim, modo fateantur illi uicissim, hoc esse uitæ fabulam agere. Cæterum illud, ò dii immortales eloquar ne an sileam? Cur autem si

i. aut bi
be, aut
abi.

M O R I A

Ieam, cū sit uero uerius? Sed præstiterit fortassis in re
tata Musas ex Helicone aærsere, quas Poëtæ sèpius
ob meras nugas, aduocare solent. Adeste igitur pau-
lisper Iouis filiæ, dum ostendo, nec ad egregiam il-
lam sapientiam, ac felicitatis (ut ipsi uocant) arcem
aditum esse cuiquam, nisi Stultitia duce. Iam primū
illud in confessò est, affectus omneis ad stultitiam per-
tinere, quandoquidem hac nota, à stulto sapientem
discernunt, quod illum affectus, hunc ratio tempe-
rat. Eoq; Stoici perturbationes omnes ceu morbos, à
sapiëte semouent, uerum affectus isti non solum pæ-
dagogorum uice funguntur, ad sapiëtie portum pro-
perantibus, uerum etiam in omni uirtutis functione,
ceu calcaria, stimuliq; quidam adesse solent, uelut ad
bene agendum exhortatores. Quāquam hic fortiter
reclamat, bis Stoicus Seneca, qui prorsus omnem af-
fectum adimit sapienti, uerum cum id facit, tam ne ho-
minem quidem relinquit, sed nouum potius Deum
quendam δημιουργον, qui nusquam nec extitit un-
.i. fabrica quam nec extabit, imò, ut apertius dicam, marmo-
reum hominis simulachrum constituit, stupidum, &
ab omni prorsus humano sensu alienum. Proinde si li-
bet ipsi suo sapiente fruantur, citraq; riualem ament
licet, cūq; eo uel in ciuitate Platonis, uel, si malint, in
Idearum regione, uel in tantaliis inhabitent hortis.
Quis enim non istiusmodi hominem, ceu portentū,
ac spectrum fugitet, horreatq; qui ad omnes naturæ
sensus

sensus obsurduerit, qui nullis sit affectibus, nec amore, nec misericordia magis commoueatur. quāsi du-
ra silex, aut stet Marpesia cautes, quem nihil fugiat
qui nihil erret, sed ceu Lynceus quispiam, nihil non
perspiciat, nihil, nō adamussim perpēdat, nihil igno-
scat, q̄ solus seipso sit contentus, solus diues, solus fa-
nus, solus rex, solus liber, breuiter, om̄ia solus, sed suo
solius iudicio, qui nullū moretur amicū, ipse amicus
nemini, qui diis quoq; ipsis non dubitet mandare la-
queū, qui quicquid in omni uita geritur, uelut insanū
damnet, rideatq;. Atqui huiusmodi animal, est ab-
solutus ille sapiens. Quæ si res agatur suffragiis,
quæ ciuitas istiusmodi magistratū sibi uelit. aut quis
exercitus talem optet ducem, immo quæ mulier id ge-
nus maritum, quis coniuuator, eiusmodi coniuam,
quis seruus talibus moribus dominum uel optet, uel
ferat? Quis autem non malit, uel unum quemuis de
media stultissimorum hominū plebe, qui stultus stul-
tis uel imperare possit, uel parere, qui sui similibus
placeat, sed quam plurimis, qui comis sit in uxorem,
iucundus amicis, bellus coniuua, conuictor facilis, po-
stremo qui nihil humani à se alienum putet. Sed me
quidem iandudum istius sapientis piget, quare ad
reliqua commoda sese recipiat oratio. Agedum si
quis uelut è sublimi specula circunspiciat, ita ut Io-
uem Poëtæ facere prædicant, quod calamitatibus ho-
minum uita sit obnoxia, quām misera, quāq; sordida

C 5 natuī=

M O R I A

natiuitas, quā laboriosa educatio, quot iniuriis expo-
sita pueritia, quot sudoribus adacta iuuentus, quām
gravis senectus, quā dura mortis necessitas. Deinde
in omniuita, quot morborum agmina infestent, quot
immineant casus, quot ingruant incommoda, quām
nihil usquam non plurimo felle tinctum, ut ne com-
memorē ista, que homini ab homine inferuntur, ma-
la, quod genus sunt paupertas, carcer, infamia, pu-
dor, tormenta, insidiae, proditio, conuitia, lites, frau-
des. Sed ego iam planè τὸν ἀμυνοντα μετρέω
metiri. aggredior. Porrò quibus admissis ista commeruerint
homines, aut quis Deus iratus, eos in has miserias na-
sci coegerit, non est mihi fas in præsentia proloqui-
uerum ista qui secum perpendat, non' ne Milesiarum
uirginum probabit exemplum, etiam si miserandum
At qui nam potissimum sibi uitæ tædio fatum acce-
suere? Non' ne sapientie confines? inter quos, ut
interim Diogenes, Xenocrates, Catones, Cassios, ac
Brutos sileam, Chiron ille cum immortalem esse lice-
ret, ultro mortem præoptauit. Videtis opinor, quid
futurum sit, si passim sapiat homines. Nempe altero
luto, altero figulo Prometheus opus fore. Verum ego
partim per ignorantiam, partim per incogitantiā,
nonnunquam per obliuionem malorum, aliquando
spem bonorum, aliquoties nonnihil mellis uoluptati-
bus aspergens, ita tantis in malis succurro, ut ne tum
quidem libeat uitam relinquere, cum exacto parca-
rum stamine

rum stamine ipsa iandudum eos reliquit uita, quoq;
 minus sit causæ, cur in uita manere debeant, hoc ma=
 gis iuuat uiuere, tantum abest ut ullo uitæ tædio tan=
 gantur. Mei nimirum muneris est, quod passim Ne
 storea senecta senes uidetis, quibus iam ne species qui
 dem hominis super est, balbos, deliros, edentulos. ca=
 nos, caluos, uel, ut magis Aristophanicis eos describā Sordētes,
 uerbis, ἐν πῶντας κυφούς ἀθλίς ῥυσθές. μαρτῶν = curuos, mi
 tas. νωδός, νοκὶ φωλούς, tamen usq; adeo uita dele= seros, ru=
 etari, adeoq; νεανίζειν, ut alius tingat canos, aliis ap= gofos, cal
 posititia coma caluitum dissimulet, aliis dentibus uos, eden=
 utatur mutuo fortassis à sue quopiam sumptis, hic in tulos, et re
 puellam aliquam misere depereat, & amatoriis in cutitos uel
 eptiis, quemuis etiam superet adolescentulum. Nam impuden=
 ut capulares iam, meraq; silicernia, teneram aliquam tes. Iuueni
 iuuenculam ducant uxorem, eamq; & indotatam, liter inepti
 & aliis usui futuram, id adeo frequens, ut propemo= re.
 dum & laudi detur. Sed multo etiam suauius, si
 quis animaduertat anus longo iam senio mortuas,
 adeoq; cadauerosas, ut ab inferis redisse uideri pos=
 fint, tamen illud semper in ore habere φῶς ἀγαθὸν
 adhuc catullire, atq; ut græci dicere solent, καπρῷ,
 & magna mercede conductum aliquem Phaonem
 inducere, fucis assidue uultum oblinere, nusquam à
 speculo discedere, infimæ pubis syluamuellere, uie=
 tas, ac putres ostentare mammas, tremuloq; ganni=
 tu, languentem solicitare cupidinem, potitare, misce
 ripuellarū

i. lumen

bonum.

i. concita

re ad lu-

xum.

M O R I A

ri puellarum choris, literas amatorias scribere. Ridentur hæc ab omnibus tanquam (uti sunt) Stultissima. At ipsæ sibi placent, & in summis interim uersantur delitios, totasq; se se melle perungunt, meo uide licet beneficio felices. Porrò quibus hæc deridicula uidentur, illud secum expendant uelim, utrum satius ducant huiusmodi Stultitia uitam planè mellitam exigere, an trabem (ut aiunt) suspendio querere: porrò quod hæc uulgo putantur infamie obnoxia, istud nihil ad stultos meos, qui malum hoc, aut non sentiunt, aut siquid sentiunt, facile negligunt. Si saxum in caput incidat, id uere malum sit. Cæterum pudor, infamia, probrum, maledicta, tantum adferunt noxae, quantum sentiuntur, si sensus absit, ne mala quidem sunt. Quid ledit, si totus populus in te sibilet, modo tute tibi plaudas? Atq; ut id liceat, sola Stultitia præstat. Sed mihi uideo audire reclamantes philosophos. Atqui hoc ipsum est (i quiūt) miserū. Stultitia teneri, errare, falli, ignorare. Immo hoc est hoīem esse. Miserum non est, quicquid secundū naturā est. Porrò miserū cur uocent non uideo, quandoquidē sicut nati estis, sic instituti, sic conditi, ea est cōmunitis oīm sors. Nihil aut miserū, quod in suo genere cōstat, nisi forte quis hominē deplorandū existimet, qui neq; uolare possit cū auibus, neq; quaternis ingredi pēdibus cum reliquo peccadū genere, neq; cornibus sit obarmatus, quemadmodū tauri. Verum is eadē opera equū etiā bellissimum, in felicē uocabit, quod neq; grāmati=cam

eam didicerit, neq; placētis uescatur, taurum miserū
quod ad palestricam sit inutilis. Igitur ut equus impe-
ritus grāmaticæ miser non est, ita nec homo stultus in
felix, propterea quod hæc cum illius natura cohærēt.

Verum rursus urgent logodædali. est (inquiunt)
homini peculiariter addita disciplinarum cognitio,
quarum adminiculis id, quod natura diminutum est,
ingenio penset, Quasi uero ullam ueri faciē habeat,
naturam quæ in culicibus, atq; adeo in herbis, ac flo-
sculis tam solicite uigelauerit, in uno homine dormi-
tasse, ut disciplinis opus esset, quas Teuthus ille hu- Ludi inuē
mano generi infensus genius, in summam pernicem tor.
excogitauit, adeo non utiles ad felicitatem, ut illi quo-
que ipsi officiant, ad quod proprie repertæ dicun-
tur, ut eleganter arguit apud Platonem rex ille pru-
dentissimus de literarum inuento. Igitur disciplinæ
cum reliquis humanæ uitæ pestibus irrepserunt, iis= dem authoribus, à quibus omnia flagitia profici-
scuntur, puta dæmonibus, quibus hinc nomen etiam
inuentum, quasi δακτυλον. hoc est scientes, ap-
pelles. Siquidem simplex illa aurei seculi gens, nul-
lis armata disciplinis, solo naturæ ductu, instinctuq;
uiuebat. Quorsum enim opus erat grammatica,
cum eadem esset omnibus lingua, nec aliud sermo-
ne petebatur, nisi ut aliud alium intelligeret?
Quis usus dialecticæ, ubi nulla erat pugnantium
inter se sententiarum dimicatio? Quis Rheticæ lo-
cus, cum

M O R I A

cus, cum nullus alteri negotium facefferet? Quorū sum requireretur legū prudentia, cum abessent mali mores, ex quibus haud dubie bonæ leges prognatae sunt? Porrò religiosiores erant, quam ut impia curiositate arcana naturæ syderum mensuras, motus effectus, abditas rerum causas scrutarētur, nefas esse rati, si homo mortalis ultra sortem suam sapere connaretur. Iam quid extra cœlum esset, inquirendi de mentia, ne in mentem quidem ueniebat. At labente paulatim etatis aureæ puritate, primum à malis, ut dixi, geniis inuentæ sunt artes, sed paucæ, atq; hæ quidem à paucis receptæ, postea sexcentas addidit Chaldeorum superstitione, & Græcorum otiosa leuitas, meras ingeniorum cruces, adeo ut uel una grammatica, abunde satis sit ad perpetuam uitæ carnificinam. Quanquam inter has ipsas disciplinas, hæ potissimum in prætio sunt, quæ ad sensum communem, hoc est ad Stultitiam quam proxime accedunt. Esuriunt theologi, frigent physia, ridetur astrologi, i. solus uir medicus multis ui pollet. negliguntur dialectia. Solus iactegos ἀνὴρ πολλῶν ἀνδρῶν. Atq; in hoc ipso genere quo quisq; indoctior, audatior, incogitantiorq; hoc pluris fit eris æqui tiam apud torquatos istos principes. Atqui medicina (si Platonis credimus) nihil aliud est, quam quinta af sentationis particula, non minus profecto quam rhetorica. Secundum hos proximus datur locus leguleis, & haud scio an primus, quorū professionē, nequid ipsa pronuntiem,

pronuntiē, uelut asininā philosophi magno cōsensu
 ridere solent. Sed tamen horū asinorū arbitrio, maxi
 ma, minimaq; negotia transiguntur. His latifundia
 crescunt, cū theologus interim excussis totius diuini
 tatis scriniis, lupinū arrodit, cū cimicibus, ac pedica
 lis assidue bellum gerēs. Ut igitur feliciores sunt artes
 quæ maiorem habent cū Stultitia affinitatem, ita longe
 felicissimi sunt ii, quibus prorsus licuit ab omnium
 disciplinarum commertio abstinere, solamq; natu
 ram ducem sequi, quæ nulla sui parte manca est, ni
 si forte mortalis sortis pomoceria transfilire uelimus.
 Odit natura fucos, multoq; feliaus prouenit, quod nul
 la sit arte uiolatum. Agedum, an non uidetis ex uno
 quoq; reliquorum animantium genere ea felicissime
 degere, quæ sunt à disciplinis alienissima? nec ul
 lius magisterio nisi naturæ ducuntur? Quid apibus
 aut felicius, aut mirabilius? at his nec corporis qui
 dem omnes sensus adsunt. Quid simile in extruen
 dis ædificiis reperiat architectura? Quis unquam
 philosophus similem instituit remp. Rursum equus,
 quoniam humanis sensibus affinis est, & in hominū
 contubernium demigravit, humanarum item calamī
 tatum est particeps. Quippe qui non raro dum uinc
 ci pudet in certaminibus, dicit ilia, & in bellis dum
 ambit triumphum, confuditur, simulq; cum sessore
 terram ore momordit: Ut ne commemorem interim,
 lupata frena, aculeata calcaria, stabuli carcerem,
 scuticas,

M O R I A

Suticas, fustes, uincula, sessorem, breuiter omnem il-
lam seruitutis tragœdiam, cui se ultro addixit, dum
fortes uiros imitatus, impensis hostem ulcisci studet.
Quanto optabilior muscarum, ex auicularum uita
ex tempore, soloq; naturæ sensu degentiū, modo per
hominū insidias licet, quæ si quando caueis inclusæ,
assuescant humanas sonare linguas, mirum quām à
natiuo illo nitore degenerent, adeo modis omnibus
letius est, quod natura condidit, quām quod fecerit
ars. Proinde nunquam satis laudarim Gallum illum
Pythagoram, qui cum unus omnia fuisset, philoso-
phus, uir, mulier, rex, priuatus, piscis, equus, rana,
opinor etiam spongia, tamen nullum animal iudica-
uit calamitosius homine. propterea qd' cætera omnia
naturæ finibus essent contenta, solus homo sortis suæ
limites egredi coaretur. Rursū inter homines, idiotas
multis partibus anteponit doctis, ac magnis, et Gryl-
lus ille non paulo plus sapuit quām πολυμάτις δο-
δυοσεὺς, qui maluerit in hara grūnire, quām cū illo
tot miseris obiici casibus. Ab his mihi non dissentire
uidetur Homerus, nugarum pater, qui cum mortales
omnes subinde δελοὺς ιχθὺς μοχθηρές appellat, tum Vlyssem illum suum sapientis exemplar, sae-
penumero δύσκοπον uocat, Paridem nusquam, nec
Aiacem, nec Achillem. Quamobrem id tandem? Nisi
quod ille uafer, ex artifex, nihil non Palladis consi-
lio agebat, nimium que sapiebat, à naturæ ductu quā
longissi-

• i. multi
consilii
Vlysses.

• i. mise-
ros, ac la-
boriosos.
• i. infeli-
cem.

longissime recedens. Ut igitur inter mortales ii longissime absunt à felicitate, qui sapientiae student, nimis rū hoc ipso bis stulti, quod homines nati cum sint, tamē men oblii conditōis sue, deorū imortalium uitā affēctant, et gigantū exemplo, disciplinarū machinis naturae bellū inferunt, ita quā minime miseri uidentur, ii qui ad brutorū ingenii, Stultitiamq; quā proxime accedunt, neque quicquam ultra hominē moliuntur. Age experiamur num hoc quoq; nō Stoicis enthymeratis, sed crasso quopiam exemplo queamus ostendere? Ac per deos imortales est' ne quicquā felicius isto hominū genere, quos uulgo Moriones, stultos, fatuos ac bliteos appellant, pulcherrimis, ut equidem opinor, cognominibus? Rem dicam, prima fronte stultā fortassis, atq; absurdā, sed tamen unam multo uerisimilā. Principio uacant mortis, metu non mediocri p̄ iouē malo, uacant conscientiae carnificina, non terribantur maniū fabulamētis, non expauescant spectris, aut Lemuribus, non torquentur metu impendentīū malorum, non spe futurorum bonorū distenduntur. In summa non dilacerantur nullibus curarum, quibus hæc uita obnoxia est, non pudecunt, non uerenunt, non ambiunt, non inuident, non amant. Deniq;, si proprius etiam ad brutorum animantium insipientiam accesserint, ne peccant quidem authoribus theologis. Hic mihi iam expendas uelim Stultissime sapiens, quod undiq; solitudinibus noctes, diesq; di-

D scrutie-

M O R I A

scrutietur animus tuus? congeras in unum aceruum
uniuersa uitæ tuæ incommoda, atque ita deum in=
telliges, quantis malis meos fatuos subduxerim. Adde
huc quod non solum ipsi perpetuo gaudent, ludunt,
cantillant, rident, uerum etiam cæteris omnibus, quo
cunq; se se uerterint, uoluptatem, iocum, lusum, ri=
sumq; adferunt, uelut in hoc ipsum à deorum indul=
gentia dati, ut humanæ uitæ tristitiam exhilararent.

Vnde fit, ut cum aliis, in alios, uarius sit affe=
ctus, hos omnes ex æquo tanquam suos agnoscant,
expetant, pascant, foueant, complectantur, sucur=
rant. siquid acciderit, impune permittant, quicquid
uel dixerint, uel fecerint. Adeo que nemo illis noce=
re cupit, ut feræ quoque belluæ ab illorū iniuria tem=
perent, sensu quodam innocentiae naturali. Sunt e=
nim uere sacri diis. præcipue mihi, ideoq; non iniu=
ria hunc honorem omnes illis habent. Quid, quod
summis etiam regibus adeo sunt in delitiis, ut non=
nulli sine his neque prandere, nec ingredi, nec omni
no uel horam durare possint. Neque uero paulo inter=
vallo, hos bliteos suis illis tetricis sophis anteponunt
quos tamen ipsos aliquot honoris gratia solent ale=
re. Cur autem anteponant, nec obscurum arbitror,
nec mirum uideri debet, cum sapientes illi nil nisi tri=
ste soleant adferre principibus, suaque doctrina fre=
ti, non uereantur aliquoties auriculas teneras mor=
daci radere uero. Moriones autem id prestant, quod
nnum

unum undecunq; principes modis omnibus aucupātur, iocos, risus, cachinnos, delitias. Iam ac cōpīte & hanc non aspernandam Stultorum dotem, quod soli simplices, ac ueridici sunt. quid autem ueritate laudius? Quanquam enim Alcibiadeum apud Platonem prouerbium, ueritatem uino, pueritiæ que tribuit, tamen omnis ea laus mihi peculiariter debetur, uel Euripide teste, cuius extat illud celebre de nobis dictum. μορὶα γαῖὴ μωρὸς λέγει. Fatuus quicquid Stultus habet in pectore, id & uultu præse fert, & oratione enī stulta promit. At sapientum sunt due illæ lingue (ut idem loquitur meminit Euripides) quarum altera uerum dicunt, altera, que pro tempore iudicarint opportuna. Horū est nigrum in candida uertere, & eodem ex ore frigidum pariter, & calidum efflare, longeq; aliud conditum habere in pectore, aliud sermone fingere. Porro in tanta felicitate, tamen hoc nomine principes mihi uidentur infelicissimi, quod deest à quo uerum audiant, et assentatores pro amicis habere coguntur. Sed abhorrent à uero principum aures, dixerit aliquis, et hac ipsa de causa sapientes istos fugitant, qd uereātur ne quis forte liberior existat, qui uera magis quā iucunda loqui audeat. ita quidem res habet, inuisa regibus ueritas. Sed tamen hoc ipsum mire in fuis meis usu uenit, ut nō uera modo, uerum etiam aperita conuictia cum uoluptate audiantur, adeo ut idē dictum, quod si à sapientis ore proficiscatur, capita

D 2 le fuerat

MORIA

le fuerat futurum, à Morione profectum, incredibilem uoluptatem pariat. Habet enim genuinam quandam delectandi uim ueritas, si nihil acedat, quod offendat. uerum id quidem solis fatuis diu dederunt. Iisdem fermè de causis hoc hominum genere mulieres gaudere solent impensus, utpote ad uoluptatem, & nugas natura propensiores. Proinde quicquid cū huiusmodi factitarint, etiā si nonnunquam seriuū, nimis illæ tamen iocum, aclusum interpretantur, ut est ingeniosus, præsertim ad prætexenda commissa sua, sexus ille. Igitur, ut ad fatuorum felicitatem redeam, multa cum iucunditate peracta uita, nullo mortis uel metu, uelsensu, recta in campos Elysios demigrant, & illic pias, atq; otiosas animas lusibus suis delectantur. Eamus nunc, & quemuis etiam sapientem, cum huius Morionis sorte cōferamus. Finge quod huic opponas exemplar sapientiae, hominem, qui totam pueritiam, atq; adolescētiā in perdiscendis disciplinis contriuerit, & suauissimam uitæ partem perpetuis uigiliis, curis, sudoribus perdidet, ne in reliqua qui dem omni uita, uel tantillum uoluptatis degustarit. semper parcus, pauper, tristis, tetricus, sibi ipsi iniquus, ac durus, aliis grauis, & inuisus, pallore, macie, ualeitudine, lippitudine, confessus senio, cania, eq; multo ante diem contracta, ante diem fugiens è uita, quanquam quid refert, quando moriatur istiusmodi qui nunquam uixerit? Habetis egregiam illam sapientis ima-

pientis imaginem. At hic rursus obganniuunt mihi,
 si ēn tñs soōēs 6̄xt̄ḡx̄oī. nihil inquiūt miserius in .i. Stoicæ
 sania, sed insignis stultitia, uel insaniae proxima est, ranæ.
 uel ipsa potius insania. Quid enim aliud est insanire
 quām errare animo? uerum isti tota errant uia. Age
 hunc quoq; syllogismum dissipemus, musis bene for-
 tunantibus. Argute quidem isti, Verum quemadmo-
 dum apud Platonem docet Socrates, ex una Venere
 secta duas, & ex uno Cupidine dissecto, duos faci-
 ens, itidem et istos dialecticos decebat insaniam ab in-
 sania distinguere, si modo ipsi sani uideri uellent. Ne
 que enim protinus omnis insania calamitosa est, alio
 qui nō dixisset Horat. An me ludit amabilis insania.
 neq; Plato, poëtarum, Vatum, & amantium furorē,
 inter precipua uitæ bona collocaſſet. Nec Vates illa
 laborem Aeneæ uocasset insanum. Verum est duplex
 insaniae genus, alterum, quod ab inferis diræ ultrices
 submittunt, quoties immisis anguis, uel ardorem
 belli, uel inexplibilem auri ſitum, uel dedecorum,
 ac nefarium amorem, uel parricidium, incestum,
 sacrilegium, aut aliam id genus pestem aliquam in
 pectora mortalium inuehunt, ſiue cum nocentem, et
 concium animum furiis, ac terriculorum facibus a-
 gunt. Est alterum huic longe diſſimile, quod uidelicet
 à me proficiſcit, omnium maxime exceptandum.
 Id accidit quoties iucundus quidam mentis error ſu-
 mul, & anxiis illis curis animum liberat, & multi-

M O R I A.

iuga uoluptate delibutum reddit. At qui hunc mentis
 errorem, ceu magnum quoddam deorum munus, ad
 Atticum scribens optat Cicero. Nimurum quo tanto
 rum malorum sensu carere posset, neq; perperā sen-
 sit Argiūus ille, qui hactenus insaniebat, ut totos di-
 es solus desideret in theatro, ridens, plaudens, gau-
 dens, quod crederet illic miras agi tragœdias, cum
 nihil omnino ageretur. Cum in cæteris uitæ officiis
 probe sese gereret, Iucundus amicis, Comis in uxo-
 rem, posset qui ignoscere seruis, Et signo leſe nō in-
 sanire lagenæ. Hūc ubi cognatorum opera datis phar-
 macis morbo leuasset, sibiq; iam totus esset redditus,
 hunc in modum cum amicis expostulans, Pol me oc-
 cidisti amici, Non seruasti ait, cui sic extorta uolu-
 ptas. Et demptus per uim mentis gratissimus error.
 Et merito quidem, errabat. n. ipſi, atq; helleboro ma-
 gis opus habebant, qui tam felicem, ac iucundam in-
 saniam, ceu malum aliquid existimarent potionibus
 expellendam. Quanquam illud quidem non dum
 statui, num quiuis sensus, aut mētis error insaniæ no-
 mine sit appellandus. Neq; n. si uilipplienti, mulus,
 asinus esse uideatur, aut si quis indoctū carmē ueluti
 doctissimū admiretur, is cōtinuo uidebitur insanire.
 Verum si quis non sensu tantum, sed animi iuditio fal-
 latur, id que præter usitatum morem, ac perpetuo,
 is demum insaniæ censebitur affinis eſſe, ueluti si quis
 quoties asinum audierit rudentem, arbitretur sese mi-
 ros ſym-

ros symphoniacos audire, aut si quis pauper calus iſi
mo loco natus Crœsum Lydorum regem esse se cre=dat. Sed hoc insaniæ genus, si (quemadmodum ferè
fit) uergat ad uoluptatem, non mediocrem delecta=tionem adfert, tum iis, qui eo tenentur, tū illis, qui=bus est hoc animaduersum, nec tamen eodem insani=unt. Nam hæc insaniæ species multo latius patet, quā
uulgas hominū intelligit. Sed uiciſſim insanus insanū
ridet, ac mutuam sibi uoluptatem inuicem ministrat.
Neq; raro fieri uidebitis, ut maior insanus, uehemen=tius rideat minorem. Verum hoc quisq; felicior, quo
pluribus desipit modis, Stultitia iudice, modo in eo ge=nere insaniæ mancat, quod nobis est peculiare, quod
usque adeo late patet, ut haud sciam, an ex uniuersa
mortalium summa, quempiam liceat reperire, qui
omnibus horis sapiat, quiq; non aliquo insaniæ gene=re teneatur. Quanquam hoc tantum interest, qui au=curbitam cum uidet, mulierem esse credit, huic insa=no nomen ponunt, propterea quod per paucis id uſu
ueniat. Verum ubi quis uxorem suam, quam cū mul=tis habet communem, eam plus quam Penelopen esse
deicerat, sibiq; maiorem in modum plaudit, feliciter
errans, hunc nullus insanum appellat, propterea qd^e
paſſim maritis hoc accidere uideant. Adhunc ordi=nem pertinent & isti, qui præ uenatu ferarum o=mnia contēnunt, atq; incredibilem animi uoluptatē
percipere se prædicant, quoties foedum illū cornuū

M O R I A

cantum audierint, quoties canum ciulatus · opinor etiam cum excrementa canum odorantur, illis cynamomum uideri · deinde que suauitas, quoties fera lanienda est, tauros & uerueces humili plebi laniare liuet, feram nisi à generoso secari nefas · Is nudo capite, inflexis genibus, gladio ad id destinato (neq; enim quis idem facere fas est) certis gestibus, certa membra, certo ordine, religiose secat · Miratur interim perinde, ut in re noua circumstans tacita turba · porrò cui contigerit è bellua non nihil gustare, is uero existimat sibi non nihil nobilitatis accedere · Itaq; cum isti assidue ferarum insectatione, atq; eis nihil aliud assequuntur, nisi ut ipsi propemodum in feras degeneret tamen interea regiam uitam agere se putant · Est his simillimum genus eorum, qui insatiabili aedificandi studio flagrat, nunc rotunda quadratis, nunc quadra ta rotundis permutantes · Neque uero finis ullus, neque modus donec ad extremam redactis inopiam, nec ubi habitent, nec quid edant supereest · Quid tum postea? interim annos aliquot summa cum uoluptate peregerunt · Ad quos mihi quidem proxime uidentur accedere, qui nouis, et arcanis artibus, rerum species uertere moluntur, ac terra, mariq; quintam quamdam essentiam uenantur · Hos adeo lactat mellita spes ut neq; laborum, neq; impensarum unquam pigeat, miroq; ingenio semper aliquid excogitat, quo se se de nico fallant, sibiq; ipsis gratam faciant imposturam,

donee

donec abs sumptis omnibus, non sit quo iam fornacu= lam instruant. Non desinunt tamen iucunda somnia re somnia, cæteros pro viribus ad eandem felicitatem animantes. Cumq; iam prorsus omni spe destituun= tur, superest tamen una sententia, abunde magnum Solatium, in magnis, & uoluisse sat est. Ac tum ui= tæ breuitatem accusant, ut quæ magnitudini negotii non sufficerit. Porro aleatores non nihil addubi= to, num in nostrum collegium sint admittendi? Sed ta= men Stultum omnino, ridiculumq; spectaculum est, quoties uidemus nonnullos usq; adeo addictos, ut se= mulat que strepitum talorum audierint, protinus il= lis corsaliat, palpitetq;. Deinde cum semper illicien= te uincendi spe, omnium facultatum naufragium fece= rint, in alee scopulū illis naue, non paulo formidabi= liorē Malea uixq; nudi emerserit, quo suis potius frau= dant, quam uictorem, ne salicet uiri parum graues ha= beantur. Quid cum senes iam, & cæcutientes uitreis etiam oculis lusitant. Postremo cum iam iusta chiræ= gra contudit articulos, uicarium etiam mercede con= ducunt, qui pro se talos in pyrgum mittat. Suavis qui= dem res, nisi quod hic ludus plerum' que solet in ra= biem euadere, iam' que ad furias, non ad me perti= nere. Cæterum illud hominum genus, haud dubie totum est nostræ farinæ, qui miraculis, ac prodigio= sis gaudent mendaciis, uel audiendis, uel narrandis. Nec ulla satietas alium fabularum, cū porten=

D s tuosa

M O R I A

tuosa quædam de spectris, de Lemuribus, de laruis,
de inferis, deq; id genus milibus miraculorum com=
memorantur. Quæ quo longius absunt à uero, hoc
et creduntur lubentius, et iucundiore pruritu titillat
aures. Atq; hæ quidem non modo ad leuandum hora=
rum tedium mire conducunt, uerum etiam ad quæstū
pertinent, præapue sacrificis, et cōcionatoribus. His
rursum ad fines sunt ii, qui sibi stultam quidem, sed tam
men iuandā persuasionē induerūt, futurum silagine=
um, aut pictum aliquem polyphemum Christopho=
rum aspicerint, eo die non sint perituri, aut qui scul=
ptam Barbarā præscriptis uerbis salutarit, sit incolu=
mis è prælio redditurus, aut si quis Erasmus certis die=
bus, certis cereolis, certisq; præculis conuenerit, bre=
ui sit diues euasurus. Iam uero Georgium etiam Her=
culē inuenerunt quemadmodū et Hipolitum alterū,
huius equū phaleris, ac bullis religiosissime ad odor=
natum tantum non adorant, ac subinde nouo quopiā
munuscule demerentur, per huius æream galeam de=
ierare, planè regium habetur. Nam quid dicam de
iis, qui sibi fictis scelerum condonationibus, suauissi=
me blandiuntur, ac purgatoriis spatiis ueluti clepsy=
dris, metiuntur secula, annos menses, dies, horas, tan=
quam è tabula mathematica citra ullū errorē dimetiē=
tes. Aut de iis, qui magicis quibusdā notulis, ac præcu=
lis, quas pius aliquis impostor, uel animi causa, uel ad
questum excogitauit, freti, nihil sibi nō pollicetur,
opes, honos

op̄es honores, uoluptates, saturitates, ualetudinē per
petuo prosperā, uitā longāuā, senectā uiridē. deniq;
proximū Christo apud superos confessum, quē tamē
nolint nisi admodū serō contingere, hoc est cū huius
uitæ uoluptates in uitos eos, ac mordicus retinentes ta-
men deseruerint. tum sucedant illæ cœlum delitiae,
Hic mihi puta negotiator aliquis, aut miles, aut iu-
dex, abiecto ex toto rapinis unico numulo, uniuer-
sam uitæ lernam semel expurgatam putat, totq; per
iuria, tot libidines, tot ebrietates, tot rixas, tot cædes,
tot imposturas, tot perfidias, tot proditiones, existi-
mat uelut ex pacto redimi, & ita redimi, ut iam li-
ceat ad nouum scelerum orbem de integro reuerti.
Quid autem stultius iis? immo quid felicius? qui se-
ptemillis sacerorum psalmorū uersiculis quotidie reci-
tatis, plus quam summam felicitatem sibi promit=
tunt. Atque hos magicos uersiculos dæmon quispiam
facetus quidem ille, sed futilis magis quam callidus, di-
uo Bernardo creditur indicasse, sed arte circumuen-
tus miser. Et hæc tam stulta, ut meipsum propemodū
pudeat, tamen approbantur, idq; non à uulgo modo,
uerum etiā à religionis professoribus. Quid iam non
ne eodem fere pertinet, cum singulae regiones suū ali
quem peculiarem uindicant diuum? cumq; in singu-
los singula quedam partiuntur, singulis suos quosdā
cultuæ ritus attribuunt, ut hic in dentium crudiatus
succurrat, ille parturientibus dexter adsit, aliis rem
furto sub-

M O R I A

furto sublatam restituat, hic in naufragio prospera
 fulgeat, ille gregem tueatur, atq; item de cæteris, nam
 omnia percensere longissimum fuerit. Sunt qui singu-
 li pluribus in rebus ualeant, præcipue de ipso Vir-
 go, cui uulnus hominum plus prope tribuit, quam fi-
 lio. Verum ab his diuis, quid tandem petunt homines,
 nisi quod ad Stultitiam attinet? Agedum inter tot a-
 nathemata, quibus templorum quorundam parietes
 omnes, ac testudinem ipsam refertam conspicitis.
 Vidistis ne unquam qui Stultitiam effugerit, qui uel
 pilo sit factus sapientior? Alius enatauit incolumis,
 alius ab hoste perfoctus uixit, alius è pælio, pugna-
 tibus cæteris non minus feliciter, quam forster aufu-
 git. alius in crucem subactus, fauore diui cuiuspiam,
 furibus amici, decidit, ut nonnullos etiam male diui-
 tis onustos pergeret exonerare. Alius per fracto car-
 cere fugit, alius irato medico, à febre reualuit, a-
 lii potum uenenum, alio soluta remedia non exitio
 fuit, id' que non admodum leta uxore, que operam,
 & impensam luserit. Alius euerso plaustro, equos,
 incolumes domum abegit, alius oppressus ruina ui-
 xit, alius à marito deprehensus elusit. nullus pro de-
 pulsa stultitia gratias agit, adeo suavis quedam res
 est, nihil sapere, ut omnia potius deprecentur morta-
 les, quam Moriam. Sed quid ego hoc superstitionum
 pelagus ingredior? Non mihi si linguae centum sint,
 ora que centum. Ferrea uox, omneis fatuorū euolue-
 re for-

reformatas, Omnia Stultitiae percurrere nomina pos-
 sim, Vsq; adeo omnis omnium Christianorum uita,
 istiusmodi delirationibus undiq; scatet. Quas ipsas
 tamen sacrifici non grauatim & admittunt, & a-
 lunt, non ignari, quantum hinc lucelli soleat accre-
 scere. Inter haec si quis odiosus sapiens exoriatur, suc-
 cinatq; id, quod res est. Nō male peribis, si bene uixe-
 ris, peccata redimis, si nūnulo addideris, odium ma-
 lefactorum, lachrymas, uigilias, orationes, ieunia,
 ac totam uitæ rationem commutaris. Diuus hic tibi
 fauebit si uitam illius æmulaberis. Haec inquam atque
 id genus alia, si sapiens ille obganniat, uide à qua-
 ta felicitate repente mortalium animos, in quem tu-
 multum retraxerit? Ad hoc collegium pertinent,
 qui uiui, qua funeris pompa uelint efferri, tam dili-
 genter statuunt, ut nominatim etiam præscribant,
 quot tedas, quot pullatos, quot cantores, quot luctus,
 histriones uelint adesse. perinde quasi futurum sit, ut
 aliquis huius spectaculi sensus ad ipsos sit redditurus,
 aut ut pudescant defuncti, nisi cadauer magnifice de-
 fodiantur, haud alio studio quā si ædiles creati, ludos
 haud epulum edere studeant. Evidem tamet ipsi pro-
 pero, tamen haud possum istos silentio præter curre-
 re, qui, cum nihil ab infimo cerdone differant, tamē
 inani nobilitatis titulo, mirum quā sibi blandiuntur.
 Alius ad Acncam, alius ad Brutum, alius ad Arctu-
 rum genus suum refert. Ostendunt undique sculptas,
 & pictas

M O R I A

et pictas maiorum imagines, Numerant proauos,
atq; atauos, et antiqua cognomina commemorant,
cum ipsi non multum absint à muta statua, peneq; iis
ipsis, quæ ostentat, signis deteriores. Et tamen hac tā
suaui Philautia, felicem prorsum uitam agunt. Neq;
de sunt æque stulti, qui hoc belluarum genus proinde
ut Deos suspiciunt. Sed quid ego de uno, aut altero
genere loquor, quasi uero non passim hæc Philautia
plurimos ubiq; miris modis, felicissimos efficiat, cū is
quaui Simia deformior, sibi planè Nireus uidetur,
alius simulatq; tres lineas circino duxerit, prorsum

Afinus ad lyram. Euclidē se se putat, hic ὄνος πρὸς λύραν, et quo dete-
rius, nec ille sonat quo mordetur gallina marito, tamē
alterum Hermogenem esse se credit. Est autem illud
longe suauissimum insaniæ genus, quo nonnulli quic
quid ulli suorum dotis adest, eo non aliter, atque suo
gloriantur. Qualis erat ille bis beatus apud Sene-
cam diues, qui narraturus historiolam quampiam,
seruos ad manū habebat, qui nomina suggesteret, nō
dubitatus, uel in pugilū certamē descendere, homo
alioqui adeo imbecillus, ut uix uiueret, hac refretus,
quod multos haberet domi seruos egregie robustos.
Porro de artiū professoribus quid attinet commemo-
rare quādo peculiaris est horū omniū Philautia, adeo
ut reperias citius qui uelit agello paterno quām inge-
nio cedere. Verū præcipue histriōnum, cantorū, ora-
torum, ac Poëtarum, quorum quo quisque est in-
doctior,

doctior, hoc sibi placet insolentius, hoc se magis iat, ac dilatat, et inueniunt similes labra lactucas, immo quo quicquam est ineptius, hoc plures admiratores nanciscitur, ut pessima quæq; semper plurimis arrident, propterea quod maxima pars hominum (ut diximus) Stultitiae obnoxia est. proinde si quis est imperitior, et sibi ipsi multo iucundior est, et pluribus admirationi, quid est, quod is ueram eruditionem malit, primum magno constaturam, deinde reddituram, et putidiorem, et timidiorem, postremo multo paucioribus placitaram. Iam uero uideo naturam, ut singulis mortalibus suam, ita singulis nationibus ac penè ciuitatis communem quandam inseuisse Philautiam. Atque hinc fieri, ut Britani præter alia, formam musicam, et lautas mensas propriæ sibi uendicent. Scotti nobilitate, et regiae affinitatis titulo, neque non dialecticis argutiis sibi blandiantur. Galli morum ciuitatem sibi suunant. Parisienses theologicæ sciëtiæ laudem omnibus propè submotis, sibi peculiariter arrogent. Itali bonas literas, et eloquentiam afferant, atque hoc nomine sibi suauissime blandiantur omnes, quod soli mortalium barbari non sint. Quo quidem in genere felicitatis, Romani primas tenent, ac ueterem illam Romanam adhuc iucundissime somniant. Veneti nobilitatis opinione sunt felices. Græci tanquam disciplinarum authores, ueteribus illis laudatorum

M O R I A

datorum heroum titulis sese uendantur. Turcae, totaq;
illauere barbarorum colluues, etiam religionis lau-
dem sibi uindicant, Christianos perinde uti supersti-
tiosos irridens. At multo etiam suauius Iudei etiam
dum Messiam suum constanter expectant, ac Mo-
sem suum hodieq; mordicus tenent. Hispani bellicam
gloriam nulli concedunt. Germani corporum proœ-
ritate, & magiae cognitione sibi placent. ac ne singu-
la persequar, uidetis opinor, quantum ubique uolu-
ptatis pariat singulis, & uniuersis mortalibus Phi-
lautia, cui prope par est assentatio soror. Nihil enim
aliud Philautia, quam cum quis ipse sibi palpatur.

i. adulatio Idem si alteri faciat, πολωκία fuerit. Athodie res
quedam infamis est adulatio, sed apud eos, qui rerum
uocabulis magis, quā rebus ipsis commouentur, Exi-
stiment cum adulazione fidem male cohærere, quod
multo secus sese habere, uel brutorum animantium
exemplis poterant admoneri. Quid enim cane adu-
lantiū, at rursum quid fidelius? Quid sciuro blan-
dius? at hoc quid est homini magis amicum, nisi for-
te uel asperi leones, uel immites tigres, uel irritabi-
les pardi, magis ad uitam hominum conducere ui-
dentur. Quanquam est omnino perniciosa quedam
adulatio, qua nonnulli perfidiosi, & irrisores mise-
ros in perniciem adigunt. Verum hæc mea ab inge-
nii benignitate, cādoreq; quodam proficiscitur, mul-
toq; uirtuti uicinior est, quā ea quæ huic opponitur,
afferitas.

asperitas, ac morositas inconcinna, ut ait Horatius,
gravisque. Hæc deiectiores animos erigit, demulcent
tristes, extimulat languentes, expergefacit stupidos,
ægrotos leuat, feroce mollit, amores conciliat, conci-
liatos retinet. Pueritiam ad capessenda studia litera-
rum allicit, senes exhilarat. Principes citra offendam
sub imagine laudis & admonet, & docet. In sum-
ma facit ut quisque sibi ipse sit iucundior, et charior,
quæ quidem felicitatis pars est uel præcipua. Quid au-
tem officiosius, quam cum mutuum muli scabunt? Ut
ne dicam interim hanc esse magnam illius laudatæ
eloquentiae partem, maiorem medianæ, maximam poë-
ticæ. Denique hæc esse totius humanæ cōsuetudinis met
& condimentum. Sed falli inquiunt, miserum est, im-
mo non falli miserrimum. Nimium enim despiciunt,
qui in rebus ipsis felicitatē hominis sitam esse existi-
mant. Ex opinionibus ea pendet, nam rerum huma-
narum tanta est obscuritas, uarietasque, ut nihil diluci-
de sciri possit, quemadmodum recte dictum est, ab
Academicis meis, inter philosophos quam minimum
insolentibus. Aut siquid sciri potest, id non raro offe-
cit etiam uite iucunditati. Postremo sic sculptus est ho-
minis animus, ut longe magis fucis quam ueris capia-
tur. Cuius rei si quis experimentum expositum, & ob-
uium querat, conciones, ac templapetat, in quibus si-
quid serium narratur, dormant, oscitant, nauseant
omnes, quod si clamator ille (lapsus) declamator

E dicere.

M O R I A

dicere uolebam, ita ut sepe faciunt, anilem aliquam
fabellam exordiatur, expurgiscuntur, eriguntur, in=
hiant omnes. Item si quis sit diuinus fabulosior, & poë=
ticus (quod si exemplum requiris) finge huius gene=
ris Georgium, aut Christophorum, aut Barbaram)
uidebitis hunc longe religiosius coli quam Petrum,
aut Paulum, aut ipsum etiam Christum. uerum haec
non huius sunt loci. Iam quanto minoris constat haec
felicitatis aæffio. Quandoquidem res ipsas aliquo
ties magno negotio pares oportet, uel leuissimas, uti
grammaticen. at opinio facilime sumitur, quæ tamē
tantundē, aut amplius etiam ad felicitatem cōducat.
Age si quis putribus uescatur falsamētis, quorum ali
us nec odorem ferre possit, et tamen huic (puta Brita
no) ambrosiam sapient, quæ so quid interest ad felici
tatem? Contra, si accipenser alicui nauseam sapiat,
quid refert ad uitæ beatitudinem? Sicui sit uxor e=
gregie deformis, quæ tamen marito uel cum ipsa ve=
nere certare posse uideatur, nō ne perinde fuerit, ac
si uere formosa foret? Siquis tabulā minio, lutoq; ma=
le oblitam suspedet, ac demiretur, persuasum habēs
Apellis, aut Zeusidis esse picturam, Non ne felicior
etiam fuerit eo, qui eorum artificum manum magno
emerit, fortassis minus ex eo spectaculo uoluptatis
percepturus? Noui ego quendā mei nominis, qui no=
ue nuptæ gemmas aliquot adulterinas dono dedit, p=
suadens, ut erat facundus nugator, eas non modo ue=

ras ac

ras, ac nativas esse, uerum etiam singulari, atq; inestimabili pretio. Quæso quid intererat pueræ, cum uitro nō minus iucunde pasceret et oculos, et animum, nugas perinde, ut eximum aliquem thesaurum, conditas apud se seruaret? Maritus interim & sumptū effugiebat, et uxoris errore fruebatur, nec eam tam sibi minus habebat deuinctam, quam si magno empta donasset. Nunquid interesse cœsetis inter eos, qui in specu illo Platonico, uariarum rerum umbras, ac simulachra demirantur, modo nihil desiderent, neq; minus sibi placeant, quā is sapiens, qui specum egressus, ueras res aspicit? Quod si Mycillo Ludani co, diues illud, & aureum somnum perpetuo somniare licuisset, nihil erat, cur aliam optaret felicitatem. Aut nihil igitur interest, aut siquid interest, potior etiam stultorum conditio. Primum, quod ius sua felicitas minimo constat, id est sola persuasiuncula. deinde quod ea fruuntur cum plurimis communiter. Porro nullius boni, iucunda sine socio possessio. Quis n. nescit quanta sapientum paucitas, si modo quisquam inueniatur, quamquam ex tot seculis, Græci septem omnino numerat, quos mehercle si quis accuratius excutiat, dispeream, si uel semisapientem inueniet, immo si uel trientem uiri sapientis. Proinde cum inter multas Bacchilaudes illud habeatur (ut est) primarium, quod animi curas eluat, idq; ad exiguum modo tempus, nam simulatq; uillum edormieris, protinus albis

M O R I A

Cut aiunt) quadrigis, recurrunt animi molestiae, quā
to meum beneficium cum plenius, tū præsentius? que
perpetua quadam ebrietate, mentem gaudiis, delitiis,
tripudiis expleo, idq; nullo negotio? Neq; quenquam
omnino mortalem mei munera expertem esse fino,
cū reliquæ numinum dotes, aliæ ad alios perueniant.
Non ubi uis nascitur generosum, et lene mērū, quod
curas abigat, quod cum spe diuite manet. Paucis con-
tigit formæ gratia, Veneris munus. Paucioribus elo-
quentia, Mercurii donum. Non ita multis obtigerunt
opes dextro Heraule. Imperium non cuius conce-
dit Iupiter Homericus. Sæpenumero Mauors neutrīs
fauet copiis. Complures ab Apollinis tripode tristes
discedunt. Sæpe fulminat Saturnius. Phœbus aliquan-
do iaculis pestem immittit. Neptunus plures extin-
guit quā seruat. Ut interim Veiones istos Plutones,
Atas, pœnas, febres, atq; id genus nō Deos, sed carni
fices commemorem. Ego sum una illa Stultitia, que
omneis ex æquo tā parata beneficentia complector,
nec uota moror, nec irascor exposcens piamia, si qd
ceremoniarū fuerit prætermissum. Nec cœlum terræ
misceo, si quis reliquis inuitatis diis, me domi relin-
quat, nec admittat ad nidorem illum uictimarum. Nā
cæterorum deorum tanta in his est morositas, ut pro
pè maius sit operæ pretium, atque adeo tutius, illos
negligere, quām colere. Quemadmodum sunt & ho-
mines nonnulli tam difficiles, & ad lædendum irri-
tabiles,

tabiles, ut præstiterit eos prorsum alienissimos habere quam familiares. At nemo inquiunt, Stultitiae sacrificat, neque templum statuit. Evidem demiror, ut dixi, non nihil, hanc ingratitudinem, uerum hoc quoque pro mea facilitate boni consulo, quamquam ne haec quidem desyderare possim. Quid enim est, cur thusculum aut molam, aut hircum, aut suem requiram, cum mihi mortales omnes ubique gentium, eum cultum persoluant, qui uel à theologis maxime probari solet? nisi forte Diana debet inuidere, quod illi humano sanguine litatur. Ego me tum religiosissime coli puto, cum passim (ut faciunt omnes) animo complectuntur, moribus exprimit, uitare representant, qui quidem diuorum cultus, nec apud Christianos admodum frequens est. quanta turba eorum, qui Deiparæ Virgini æreolum affigunt, idque in meridie, cum nihile est opus. Rursum quam pauci, qui eandem uitæ castimonia, modestia, cœlestium rerum amore studeant emulari, nam is demum uerus est cultus, longeque cœlitibus gratissimus. Præterea cur templum desyderem, cum orbis hic unius templum mihi sit, nisi ubi desunt homines. Nec iam usque adeo stulta sum, ut saxeas, ac coloribus fucatas imagines requiram, quæ cultui nostro non nunquam officiunt, cum à stupidis, et pinguis istis, signa pro diuis ipsis adorantur. Nobis interim usum uenit, quod solet iis, qui à uicariis suis extruduntur, mihi tot sta-

M O R I A

tuas erectas puto, quot sunt mortales uiuam mei im=ginem præ se ferentes, etiam si nolim. Itaq; nihil est, quod reliquis diis inuidet, si aliis in angulis terra rum alii colantur, idq; statis diebus, quemadmodum Rhodi Phœbus, in Cypri Venus, Argis Iuno, Athe=nis Minerua, in Olympo Iupiter, Tarerti Neptunus, Lampsaci Priapus, modo mihi communiter orbis o=mnis longe potiores uictimas assidue præbeat. Atqui si cui uideor hæc audacius quam uerius dicere, agedū paulisper ipsas hominum uitas inspiciamus, quo pa=lam fiat, & quantum mihi debeant, & quanti me fa=ciant maximi pariter, ac minimi. At non quorum li=bet uitam recensemus, nam id quidem perlongum, uerum insignium tantū, unde reliquos facile sit æsti=mare. Quid enim attinet de uulgo, plebeia que cōmemorare, que citra controuersiam tota mea est? Tot enim undiq; Stultiæ formis abundat, tot in dies nouas comminiscitur, ut nec mille Democriti ad tan=tos risus sufficerint, quamquam illis ipsis Democritis rursus alio Democrito foret opus. Quin etiam in=credibile sit dictu, quos risus, quos ludos, quas deli=tias, homuncoli quotidie præbeant superis. Nam ii quidē horas illas sobrias, et antemeridianas iурgo=sis cōsultationibus, ac uotis audiēdis impertiunt. Cæterum ubi iam nectare madent, neq; lubet quicquam serium agere, tum qua parte cœlum quam maxime pro=minet, ibi confident, ac pronis frontibus quid agitēt homines

homines speculantur .nec est aliud spectaculum illis
suauius .Deum immortalem, quod theatrum est illud,
quam uarius stultorum tumultus .Nam ipsa non nur
quam in deorum poëticorum ordinibus considere so=le.
Hic deperit in mulierculam, et quo minus adama
tur, hoc amat impotentiū, ille dotem ducit, non uxo=
rem, ille sponsam suam prostituit, alius Zelotipus, ue
lut Argus obseruat .hic in luctu papē quā stulta dicit,
facitq; conductis etiam uelut histrionibus, qui luctus
fabulā peragant, ille flet ad nouercæ tumulū .hic quic
quid undecunq; potest corraderē, id totum uentri aulo
donat, paulo post fortiter esuriturus .hic somno, et otio
nihil putat felicius .Sunt qui alienis obeundis nego=
tiis, sedulo tumultuātur, sua negligunt .Est qui uersu
ris, atq; ære alieno diuitē se esse putat, mox decoctu
rus .Alius nihil arbitratur felicius, quā si ipse pauper
hæredem locupletet .Hic ob exiguum, idq; incertum
lucellum, per omnia maria uolitat, undis ac uentis ui
tam committens, nulla pecuniareparabilem .Ille ma
uult bello diuitias querere, quam tutum otium exige
re domi .Sunt qui captādis orbis senibus, putant quā
cōmodissime ad opes perueniri .Neq; desunt, qui idē
malint de amādis beatis aniculis aucupari .Quorum
utriq; tum demum egregiā de se uoluptatem diis spe
ctatoribus præbent, cum ab iis ipsis, quos captant,
arte deluduntur .Est omnium stultissimum, ac sordi=
ssimum negotiatorū genus .quippe qui rem omniū

M O R I A

Sordidissimā tractent, idq; sordidissimis rationibus,
qui cum p̄assim mentiātur, peierent, furentur, frau-
dent, imponant, tamen omnium primos sese faciunt,
propterea quod digitos habeāt auro reuinctos . Nec
desunt adulatores fraterculi, qui mirentur istos ac ue-
nerabiles palam appellant, nimurum ut ad ipsos ali-
qua male partorum, portiuncula reudeat. alibi uide-
as, Pythagoricos quosdam, quibus usque adeo omnia
uidetur esse communia, ut quicquid usquam incusto
ditum nocti fuerint, id uelut hæreditate obuenerit,
et quo animo tollant. Sunt qui uotis tantū diuites sunt,
et iucūda quedam sibi fingunt somnia, idq; ad felicita-
tem satis esse putant. nonnulli foris diuites haberi gau-
dent, domi gnauiter esuriūt. Hic festinat quicquid ha-
bet profundere, ille per fas, nefas congerit. Hic candi-
datus ambit populares honores, ille ad focū semet ob-
lectat. Bona pars lites nunquam finiendas agitat, &
hinc, atq; hinc certatim contendunt, ut prorogatore
iudicem, & collusorē ditent aduocatum. Hic rebus no-
uandis studet, ille magnum quiddam molitur. Est qui
Hierosolymā, Romam, aut diuū Iacobū adeat, ubi ni-
bilest illi negotii, domi relicitis cum uxore liberis . In
summa, si mortalium innumerabiles tumultus, è Lu-
na, quemadmodū Menippus olim, despicias, putas te
mascarum, aut culicum uidere turbam inter serixā-
tum, bellantium, insidianium, rapientium, luden-
tium, lasciuientium, nascentium, cadentium, morien-
tium. Neq;

tium. Neq; satis credi potest, quos motus, qua stragoe
dias cieat tantulum animalculum, tanquam mox pe=
riturum. Nam aliquoties uel leuis belli, seu pestilen=
tiae procella, multa simul millia rapit, ac dissipat.
Sed ipsa stultissima sim, planeq; digna, quā multis &
chinnis rideat Democritus, si pergam populariū stu=
titiarum, & insaniarum formas enumerare. Ad
eos accingar, qui sapientie speciem inter mortales te=
nent, & aureum illum ramum (ut aiunt) aucupan=
tur, inter quos grammatici primas tenent, genus ho=
minum prosector, quo nihil calamitosius, nihil afflicti=
us, nihil & que diis inuisum foret, nisi ego miserrimae
professionis incommoda, dulci quodam insaniae gene=
re mitigarem. Neq; enim πέντε κατόργοις. i. quinq; Quinque
tantum diris obnoxii sunt isti, quemadmodum indi= maledicti
cat epigramma græcum, uerum sexcentis, ut qui sem onibus.
per famelici, sordidiq; in ludis illis suis, in ludis dixi:
immo in φροντισκοῖς, uel pistrinis potius, ac car=
nificinis, inter puerorum greges, cōsenescant labori=
bus, obsurdescant clamoribus, fetore, pædoreq; conta=
bescant, tamen meo beneficio fit, ut sibi primi morta=
lium esse uideantur, adeo sibi placent, dum pauidam
turbam, minaci uultu, uoceq; territant, dum ferulis,
uirgis, lorisq; conscindunt miserios, dumq; modis o=
mnibus suo arbitratu sœuiunt, Asinum illum Cuma=
num imitantes, interren sordes illæ, meræ munditiæ
uidentur, pædor amarianum olet, miserrima illa ser=

E s uitus,

M O R I A

uitus, regnum esse putatur, adeo ut tyrannidem suam
nolint cum Phalaridis, aut Dionysii imperio com=
mutare. Sed longe etiam feliciores sunt noua quadam
doctrinæ persuasione, Siquidem cum mera delira=
menta pueris inculcent, tamen, diu boni, quem nō illi
Palemonē, quem nō Donatum præ sese cōtemnunt?
idq; nescio quibus præstigiis mire efficiunt, ut stul=
tis materculis, et idiotis patribus, tales uideantur qua=
les ipsi se faciunt. Iam adde ethoc uoluptatis genus,
quoties istorum, aliquis Anchise matrem, aut uocu=
lam uulgo incognitam in putri quapiam, charta de=
prehenderit notatam, puta bubequam, bouinatore
aut manticulatorem, aut si quis uetus i saxi fragmen=
tum, mutilis notatum literis, alicubi effoderit. O Iu=
piter quæ tum exultatio, qui triumphi, quæ Encomia
perinde quasi uel Africam deuicerint, uel Babylo=
nas ceperint. Quid autem, cum frigidissimos, & in
sulfissimos uersiculos suos passim ostētāt, neq; desunt
qui mirentur, iam planè Maronis animam in suum
pectus demigrasse credunt. At nihil omnium suaui=
us, quā cum ipsi inter sese mutua talione laudant, ac
mirantur, uicissimq; scabunt. Quod si quis aliis uer=
bulo lapsus sit, idq; forte fortuna hic oculatior depre=
henderit ἡρκύλεις, quæ protinus tragediæ, quæ
digladiationes, quæ cōuictiæ, quæ inuectiæ? Male pro=
pitios habeam omneis grammaticos, siquid mentior.
Nouiquendam πολυτεχνότατον, græcum, Latinū
Mathemati

i. hercu=
les.

Mathematicum, Philosophum, medicum & tactum
 Bartolino, iam sexagenariu, qui ceteris rebus omis-
 sis, annis plus uiginti, se torquet ac discutiat in grā-
 matica, prorsus foelicē se fore ratus, si tam diu liceat
 uiuere, donec certo statuat, quomō distinguendae sint
 octo partes orationis, quod hactenus nemo græcorū
 aut latinorum ad plenū præstare ualuit. Perinde qua-
 si res sit bello quoq; uindicanda, si quis coniunctionem
 faciat, dictionem ad aduerbiorum ius pertinentē. Et
 hac gratia, cum totidem sint grammaticæ, quot gram-
 matici, imò plures, quandoquidem Aldus meus unus
 plus quinques grammaticam dedit, hic nullam oīno
 quantumuis barbare aut moleste scriptam prætermit-
 tit, quam non euoluat, excutiat' que. Nemini non inui-
 dens, siquid quantumlibet inepte moliatur in hoc ge-
 nere, misere timens, ne quis forte gloriam hanc præ-
 ripiat, & pereant tot annorum labores. Vtrum in-
 saniam hanc uocare mauultis, an stultitiam? Nam
 mea quidem haud magni refert modo fateamini meo
 beneficio fieri, ut animal omnium alioqui longe mi-
 serrimum, eò felicitatis uehatur ut sortem suam, neq;
 cum Persarum regibus cupiat permutare. Minus mi-
 hi debent Poëtæ, tametsi uel ex professo meæ sunt fa-
 ctionis, quippe liberum genus, ut habet prouerbium,
 quorum omne studium non aliò pertinet, quād ad de-
 mulcēdas stultorum aures, idq; meris nugamentis, ac
 ridiculis fabulis. Et tamen his freti, dictu mirum, ut

CUM

M O R I A

cum sibi pollicentur immortalitatem, & diis parem
uitam, tum aliis candem promittant. Huic ordini p̄ræ
Amor sui, cæteris familiares φιλαυτία κοινολακία, nec ab ul
et adulatio lo mortalium genere color, neq; simplicius, neq; con
stantius. Porrò rhetores quāquam nonnihil illi qui
dem p̄euaricantur, colliduntq; cum philosophis, ta
men hos quoq; nostræ factionis esse, cum alia multa,
tum illud in primis arguit, quod p̄reter alias nugas,
tam accurate, tam multa de iocandi ratione conscri
pserunt, Atq; adeo Stultitiam ipsam inter facetiarū
species numerat quisquis is fuit, qui ad Herennium
dicendi artem scripsit. quodq; apud Quintilianum
huius ordinis longe principem, caput est de risu, uel
Iliade pxolixius, tantumq; Stultitiae tribuunt, ut sæ=
penumero quod nullis argumentiis dilui possit, risu
tamen eludatur. Nisi et si quis hoc arbitretur ad Stul=
titiam non, pertinere ridiculis dictis excitare cachin= nos, idq; arte? Huius farinæ sunt & isti, qui libris
edendis famam immortalē aucupantur. ii cum omnes
mihi plurimum debet, tum p̄cipue ii, qui meras nu= gas chartis illinunt. Nam qui erudite ad paucorū do=
ctorum iudiciū scribunt, quiq; nec Persium, nec Læ= lium iudicem reausant, mihi quidem miserandi magis
quām beati uidentur, ut qui se perpetuo torqueant.
addunt, mutant, adimūt, reponunt, repetunt, reau= dunt, ostendunt, nonū in annū premunt, nec unquā
sibi satis faciunt, ac futile premium. Nempe laudem,
eamq;

eamq; per paucorū tanti emunt, tot uigiliis, somniq;
 rerum omniū dulcissimi, tanta iactura, tot sudoribus
 tot crucibus. Adde nunc ualetudinis dispendium, for
 mæ perniciē, lippitudinem, aut etiam cecitatem, pau
 pertatem, inuidiā, uoluptatum abstinentiam. senectu
 tem præproperā, mortem præmaturā, & si qua sunt
 alia eiusmodi. Tantis malis sapiēs ille redimendū exi
 stimat, ut ab uno, aut altero lippo probetur. At meus
 ille scriptor: quanto delirat felicius, dum nulla lucu
 bratione, uerum utcunq; uisum est animo, quicquid
 in calatum incidit. uel somnia sua, statim literis pro
 dit, leui duntaxat chartarum iactura. non ignarus
 futurum, ut quo nugatores nugas scripserit, hoc à
 pluribus, idest stultis, et indoctis omnibus se proba
 tum iri. Quid enim est negotii tres illos doctos, si ta
 men ea legerint contemnere? Aut quid ualebit tam
 paucorum sapientum calculus, in tam imensa recla
 mantium turba? Sed magis etiam sapiunt, qui alie
 na pro suis edunt, & alieno magno partam labore
 gloriā uerbis inse transmouent, hoc uidelicet freti, qd^s
 arbitrētur futurū, ut etiā si maxime coarguātur plagii
 tamē aliquāti temporis usurā sint interim lucrifacē
 ri. uidere est operæ prætium quā hi sibi placeant, cum
 uulgo laudantur, cum digito ostenduntur in turba,
 OUTOS ēSIVO δ'ΕΙΝΩΣ ΕΚΕΝΟΣ, cū apud bibliopolas p= Hic ēgra
 stant, cum in omnium paginarum frontibus legun= uis, et do
 tur, tria nomina, præsertim peregrina, ac i magicis illis
 etus ille.

M O R I A

illis similia, quæ per Deum immortalem quid aliud
sunt quam nomina, deinde quam à paucis cognoscen-
da, si mundi uastitatem respicias, tum à quanto Pau-
cioribus laudanda, ut sunt etiam indoctorum diuer-
sa palata. Quid, quod ea ipsa nomina, non raro con-
finguntur, aut è priscorum libris adoptantur, cum
alius sese Telemachum, alius Stelenum, aut Laer-
tem, hic Polycratē, ille Trasimachum sese nominari
gaudet, ut nihil iam referat etiam si Chamæleonti, aut
Cucurbitæ, siue quemadmodum solent philosophi lo-
qui, Alpha, aut Beta librum inscribas. Illud autem
lepidissimum, cum mutuis epistolis, carminibus, En-
comiis sese uicissim laudant, Stulti stultos, indoctos in-
docti. Hic illius suffragio discedit, Alceus, ille huius
Callimachus. Ille huic est M. Tullio superior, hic illi Pla-
tone doctior. Nonnunquam etiam antagonistam que-
runt, cuius emulatione famam augeant, Hinc, Scindi-
tur incertum studia in contraria uulgi, Donec uter
que dux re bene gesta, uictor discedit, uter' que trium
phum agit. Rident hæc sapientes, ut (ueluti sunt) Stul-
tissima, quis enim negat? Sed interim meo beneficio
sua ueritatem agunt, ne cum Scipioibus quidem suos
trimuphos commutaturi. Quanquam docti quoq; in-
terim dum hæc magna cum animi uoluptate rident,
¶ aliena fruuntur insania, nō Paulum mihi debent.
¶ ipsi (quod inficiari nō possunt) nisi sint oīm ingra-
tissimi. Inter eruditos iurecosulti, sibi uel primū uindi-
cant

eant locū, neq; quisquā aliis æque sibi placet, dū Sisy
 phi saxū assidue uolunt, ac sexcentas leges, eodē spī
 ritu cōtexunt, nihil refert, quā ad rem pertinētes, dūq;
 glossematis glossemata opinioes opinionibus cumulā
 tes, efficiunt, ut studiū illud oīm difficillimū esse uide
 atur. Quicqd enim laboriosum, idē protinus & præ
 clarū existimant. Adiungamus his Dialecticos, ac So
 phistas. hoīm genus, quois ære Dodonæoloquatus,
 ut quorū unus quiuis, cū uicenis delectis mulieribus,
 garrulitate de certare possit, fœliores tamē futuri, si
 tantū linguaçes essent, non etiā rixosi, adeo ut de lana
 caprina pertinacissime digladietur, & nimū altercā
 do plerūq; ueritatē amittat, hostamen sua φιλαυτία
 beatos reddit, dū tribus instructi syllogismis, incun=
 etanter audent, quois de re cū quois, manū consere
 re. Ceterū pertinaciam reddit inuictos, etiamsi Stentore
 opponas. Sub hos prodeūt philosophi, barba pallioq; phi=
 uerendi, qui se solos sapere prædicant, reliquos oēs
 mortales, umbras uolitare. Quā uero suauiter delirat
 cum innumerabiles ædificant mundos, dum Solē, dū
 Lunam, stellas, orbes, tāquā pollice filo ue metiuntur
 dū fulminū, uentorum, eclipsium ac ceterarū inexpli
 cabiliū rerū causas reddunt, nihil usquam hæsitanter
 perinde quasi naturæ rerū architectici, fuerint à se=
 creti, quasiue è deorum consilio nobis aduenerint.
 Quos interim natura, cum suis coniecturis, magnifi
 e ridet. Nam nihil apud illos esse comperti, uel il=
 lud satis

M O R I A

lud satis magnum est argumētū, quod singulis de rebus, inexplicabilis inter ipsos est digladiatio, Ii, cū nihil omnino sciant, tamen omnia se scire profitentur, cunq; seipsoſ ignorent, neq; foſſam aliquoties, aut ſaxum obuium uideant, uel quia lippiunt plerique, uel quia peregrinātur animi, tamē ideas, uniuersalia, formas separatas, primas materias, quidditatis, eceitate uidere ſe prædicant, res adeo tenues, ut neque lynceus (opinor) poſſit perſpicere. Tum uero præcipue prophanum uulguſ aspernantur, quoties triquetris, & tetragonis arculis, atque huiusmodi picturis Ma= Mathema thematicis, aliis ſuper alias induc̄tis, & in labyrinthi tici. ſpeciem confuſis, præterea literis uelut in acie diſpoſitis, ac ſubinde alio, atque alio repetitis ordine, tene Progno= bras offundunt imperitoribus. Neq; deſunt ex hoc ſta. genere, qui futura quoq; prædicant coſultis astris, ac miracula plusquam magica polliceātur, & inueniūt Theologi. homines fortunati, qui hæc quoq; credāt. Porro Theo-i. et hanc logos silentio trāſire fortaffe præſtiterit, Καὶ τὸ τέλος επιμήνα καὶ μεγίστη πόλις καὶ επί, nechanc Anagyrim tangere, non moue utpote genus hominum mire ſupercilioſum, atq; irri= re. tabile, ne forte turmatim ſexcentis conclusionibus adoriantur, & ad Palinodium adigant, quod ſirecu= Palinodia ſem, protinus hereticam clamitent. Nam illico ſolēt hoc terrere fulmine ſi cui ſunt parum propiti. Sane quanquam non alii ſunt, qui minus libenter agnoscāt meam in ſe beneficentiā, tamē hi quoq; nō mediocri= bus nomini

bus nominibus obstricti sunt, dum fœlices sua Philau-
tia, pinde quasi ipsi tertium incolant cœlum, ita reliquos
mortalis omnes, ut humireptantes pecudes, è subli-
mi despiciunt, ac prope commiserantur, dum tanto
magistralium definitionum, cōclusionum corolariorum
propositionum explicitarum, et implicitarum agmī
ne septi sunt, tot exuberant κεκαγέτοις, ut nec i. suffugi-
Vulcanis vinculis, sic possint irretiri, quin elabantur um à crete
distinctiōibus, quibus nodos omnes adeo facile secāt & fugacō
ut non Tenedia bipennis melius, tot nuper excogita= posita di-
tis uocabulis, ac prodigiosis uocibus scatent. Præte- ctione-
rea dū arcana mysteria, suo explicant arbitratu, qua
ratione conditus, ac digestus sit mundus. Per quos ca-
nales, labes illa peccati in posteritatē deriuata sit, qui
bus modis, qua mensura, quantulo tempore in uirgi-
nis utero sit absolutus Christus, quemadmodum in Sy-
naxi accidentia subsistant sine domicio. Sed hæc pro-
trita. Illa demum magnis & illuminatis (ut uocant)
Theologis, digna putant, ad hæc, si quando inadūnt,
expergiscuntur. Num quod instas in generatione di-
uina, Num plures in Christo filiationes? Num possi-
bilis propositio, Pater deus odit filium? Num deus po-
tuerit suppositare mulierē, num diabolum, nū asinū,
num cucurbitā, num silicē? Tum quemadmodū, cucur-
bita fuerit cōcionatura, editura miracula, figēda cru-
ci. Et quid consecrasset Petrus, si consecrasset eo tem-
pore, quo corpus Christi pendebat in cruce? Et num

F eodem

M O R I A

eadē tempore, Christus homo dici potuerit? & num.
post resurrectiōem edere aut bibere fas sit futurū? Iā
nunc famē sitimq; præcauentes. Sunt innumerabiles
i. suptilia λεπτολεξίου, his quoq; multo subtiliores, de instan-
tia nugamēta tibus, de formalitatibus, de quidditatibus, ecceitatibus
quas nemo possit oculis assequi, nisi tam Lynceus, ut
ea quoq; per altissimas tenebras uideat, quæ nusquam
i. senten= sunt. Adde nunc his γνώμασι illas adeo πρᾶξισ, οἶκος,
tias inopi ut illa Stoicorū oracula, quæ paradoxa uocant, cras-
natas Pa= sißima præ his uideantur, & circumforanea, uelut,
rodoxa leuius esse crimen, homines mille iugulare, quam se-
theologo= mel in die dominico calceum pauperi consuere, Et
rum . potius esse cōmittendum, ut uniuersus orbis pereat,
Prouer= una cum uictu & ueſtitu, quod aiunt suo, quam uni-
bium. cum quantumlibet leue mendaciolum dicere. Iam has
subtilissimas subtilitates, subtiliores etiam reddunt,
tot scholasticorum uiæ, ut citius ē Labyrinthis temet
explices, quam ex inuolucris, Realium, nominalium,
Thomistarum, Albertistarum, Occanistarum, Scoti-
starū, et nondū omneis dixi, sed præapuas dunt taxat.
In quibus omnibus, tantū est eruditionis, tantū diffi-
cilitatis, ut existimē ipsiſis apostolis, alio ſpiritu opus
fore, ſi cogantur hifce de rebus, cum hoc nouo Theo-
logorū genere, conſerere manus. Paulus fidē præsta-
re potuit, at cum ait, fides eſt substantia rerū ſperan-
darū, argumentū non apparentiū, parū magiftrali-
ter definiuit. Idem ut charitatē optimi præstitit, ita pa-
rum

rum dialectice uel diuidit, uel finit, in priore ad Corin
 thios epistola, capite decimotertio. Ac pie quidem illi
 consecrabant synaxim, et tamen rogati de termino
 à quo, et termino ad quem, de transsubstantiōe, de mo
 do quo corpus idem sit in diuersis locis, de differentia
 qua corpus Christi est in cœlo qua fuit in cruce, qua in
 sacramēto synaxeos, quo punc̄to fiat trāsubstantiatio
 cum oratio per quam ea fit, ut quantitas discreta, sit,
 in fluxu, non pari, sicut opinor, respondissent acumi
 ne, quo Scotidæ differunt hæc, ac definiunt. Nouerant
 illi Iesu matrem, sed quis eorum, tam philosophice de
 monstrauit, quo modo fuerit ab Adæ macula, præser
 uata, quām nostri theologi? Petrus accepit claves,
 & accepit ab eo, qui non committat indigno, & ta
 men an intellexerit, nescio, certe nusquām attigit sub
 tilitatem, quomodo scientiæ clauem habeatis quoque,
 qui scientiam non habeat. Baptizabant illi passim,
 & tamen nusquām docuerunt quæ sit causa formalis,
 materialis, efficiens, & finalis baptismi, nec caracte
 ris delebilis, & in delebelis, apud hos illa mentio. Ad
 orabant quidem illi, sed in spiritu, nihil aliud se
 quentes, quām illud euangelicum, spiritus est deus,
 & eos qui adorant eum in spiritu & ueritate, oportet adorare. Verum haud apparet eis tum reuelatum
 fuisse, una eadēq; adoratione, adorandā imaguncu
 la carbonē delineatā in pariete, & Christū ipsum, si
 modo duobus sit porrectis digitis, intonſa coma, & in

M O R I A

umbone qui adh̄eret ocapitio, treis habeat notas:
Quis enim h̄ec percipiat, nisi triginta sex annos totos, in phisicis & ultra mundanis Aristotelis, contruerit? Identidem inculcat apostoli gratiam, at iudicem nusquā distinguunt, quid intersit inter gratiā gratis dataā, gratiam gratificantem. Passim inculcant charitatem, nec secernunt infusam, ab acquisita, nec explicant, accidēs ne sit, an substantia, creatā res an increata. Detestantur peccatum, at emoriar, si potuerūt sciētifice definire, quid sit illud quod peccatum vocamus, nisi forte Scotistarum spiritu fuerunt edocti. Nec enī adduci possum, ut credā Paulum ē cuius unius eruditio, licet omneis aestimare, toties damnaturū fuisse, quæstiones, disceptationes, genealogias, et ut ipse uocat, λογιαζίαι. Si eas percalluisset argutias, puerorum. certim cum omnes illius temporis contentiones, pugnæq; rusticane fuerint et crassæ, si cum magistrorum nostrorum plusquam Chrysippis subtilitatibus, conferantur. Quanquam homines modestissimi, si quid forte scriptum sit ab apostolis, indolatius, parumq; magistraliter, non damnant quidem, sed commode interpretantur. Hoc uidelicet honoris, partim antiquitati, partim apostolico nomini deferentes. Et hercle parum æquum erat, res tantas ab illis requirere, de quibus ex præceptore suo, ne uerbum quidem unquam audissent. Idem si eueniat in Chrisostomo, Basilio, Hieronimo, tum sat habent ascribere, non tene tur. Et

tur. Et illi quidē confutarunt ethnicos, philosophos,
ac Iudeos, suapte natura ptinacissimos, sed uita ma=
gis ac miraculis quam Syllogismis, tū eos quorum ne
mo fuerit idoneus, uel unicum Scotti Quod libetū, in=
genio consequi. Nunc quis ethnicus, quis hæreticus
non continuo cedat, tot tenuissimis subtilitatibus, nisi
tā crassus, ut nō assequatur, aut tam impudens, ut exi
bilet, aut iisdem instructus laqueis, ut iam par it pu=
gna, perinde, quasi magum cū mago cōmittas, aut si
gladio fortunato, pugnet aliquis cū eo, cui gladius sit
fortunatus. Tū enim nihil aliud, quā tela Penelopes re
texeretur. Ac meo quidē iudicio saperēt Christiani, si
pro pinguibus istis militū cohortibus, per quas iā oī
ancipiti Marte belligerātur, clamosissimos Schotistas
et pertinacissimos Oceanistas, et invictos Alberti=
stas, unā cum tota Sophistarum manu, mitterent in
Turcas et Saracenos, spectarent opinor, et confli=
ctū omnium lepidissimum, et uictoriā non ante ui
sam. Quis enim usq; adeo frigidus, quem istorū non
inflāment acumina, quis tā stupidus, ut tales non exā
tent aulei? Quis tam oculatus, ut hæc illi nō maximas
offundant tenebras? Verum hæc omnia uideor uobis
propemodū ioco dicere. Nec mirum sane, cum sint et
inter ipsos Theologos, melioribus instituti literis, qui
ad has friuolas, ut putat, Theologorū argutias, nauſe
ant. Sunt que lūt sacrilegii genus execrentur, summāq;
ducant impietatē, de rebus tam arcanis, et adorandis

F 3 magis,

M O R I A

magis, quā explicandis, tam illoto ore loqui, tam prophanis ethnicorum argutiis disputare, tam arroganter definire, ac diuinæ Theologie maiestatē, tam frigidis, imò sordidis uerbis, simul et sentētiis, conspurcare. At interim ipsi felicissime sibi placent, imò plaudunt, adeo ut his suauissimis nēniis, nocte dieq; occupatis, ne tantulum quidem otii supersit, ut Euangeliū, aut Paulinas epistolas, uel semel liceat euoluere. Atque interim dum hæc nugantur in scholis, existimant se se uniuersam ecclesiam, alioqui ruituram, nō aliter syllogismorum fulcire tibicinibus, quam Atlas cœlum humeris sustinet apud Poëtas. Iam illud quanta felicitatis esse putatis, dum arcanas literas, perinde quasi cereæ sint, pro libidine formant ac refomat, dum conclusiones suas, quibus iam aliquot scholastici subscripterunt, plusquam Solonis leges, uideri postulant, & uel pontificius decretis, anteponendas, dum que ueluti censores orbis ad palinodiam trahūt, si quid usquam cum explicitis & implicitis illorum conclusionibus, non ad amissim quadrarit, & non secus, atque ex oraculo pronuntiant, hæc propositio scandalosa est, hæc parum reuerentialis, hæc hæsim olet, hæc male tinnit, ut iam nec baptismus, nec euangelium, nec Paulus aut Petrus, Nec sanctus Hie Aristotele= ronimus, aut Augustinus, imò nec ipse Thomas Aqui telicisti = sotēlikōtāt̄, Christianum efficiat, nisi bac= culauriorū calculus afferret, Tanta est in iudicando subtilitas.

subtilitas. **Q**uis enī sensurus erat eū Christianum nō esse, qui diceret, et has duas orationes, Matula putes et Matula putet. Item oīae feruere, et ollā feruere, pariter esse cōgruas, nisi sapiētes illi docuissent? **Q**uis tantis errorū tenebris liberasset ecclesiam, quos ne leteturus quidē unquam q̄squā fuerat, nisi magnis sigillis isti prodidiſſet? Verū an nō feliaſſimi, dum hæc agūt? Præterea dū inferorū res omneis, sic examuſſim depingūt tanq; in ea rep. complureis annos fint uersati. Præterea dū pro arbitrio nouos orbes fabricātur, addito deniq; latifimo illo, pulcherrimoq; ne scilicet, deefset ubi felicē animæ, cōmode uel ſpaciari, uel conuiuiū agitare, uel etiā pila ludere poſſent. His atq; id genus bis mille nugis, horū capita, adeo diſtentā diſfertaq; ſunt, ut arbitrer nec Iouis cerebrū, & que grāuidū fuſſe, cum ille Palladē parturiens, Vulcani ſe aurim imploraret. **Q**uare nolite mirari, ſi uidetis caput illorū, tot fasciis, tā diligenter obuinctū in publicis diſputationibus. Alioquin enī plane diſſilirēt. illud ipsa quoq; nonnunquā ridere ſoleo, cum ita demum maxime ſibi uidetur Theologi, ſi quā maxime barbare ſpurcāt; loquātur, cūq; adeo balbutiunt, ut à nemine, niſi balbo poſſint intelligi, acumen appellant, qđ multus non aſsequantur. Negant enim è dignitate ſacrarū literarū eſſe, ſi grāmaticorū legib⁹ parere cogantur? Mira uero maiestas Theologorū, ſi folis illis fas eſt, mendoseloqui, quanquā hoc iſpsum habent, cū

M O R I A

multis cordonibus cōmune. Postremo iam diis proximus se ducunt, quoties quasi religiose, magistri nostri salutantur, in quo quidem nomine tale quiddam subesse putant, quale est apud Iudeos, τε θεοφάνεια quatuor προτόποι. Itaq; nefas aiunt esse, Magister noster, secus literarū. quām maiusculis scribere literis. Quod si quis, præpostere, Noster magister dixerit, is simul omnē Theologici nominis peruerterit maiestatem. Ad horum fœlicitatem proxime accedunt it, qui se uulgo religios ac monachos appellant, utrōq; falsissimo cognomine, cum et bona pars istorum longissime absit à religione, et nulli magis omnibus loas sint obuii. Iis nō uideo quid possit esse miseriū, nisi ego multis modis succurrerem. Etenim cum hoc hominum genus, oēs sic execrentur, ut fortuitum etiam occursum, omnino sum esse persua sum sit, tamen ipsi sibi magnifice blandiuntur. Primum summā existimant pietatem, si usq; adeo nihil attigerint literarum, ut ne legere quidem possint. Dēinde cum Psalmos suos, numeratos quidē illos, at non intellectos, asinini uocibus in templis derudunt, tum uero se putant diuorum aures multa uoluptate de mulcere. Et sunt ex iis nonnulli, qui sordes mendican ac mendicatatem, magno uendunt, próque foribus magnō mugitu panem efflagitant, immo in nullis diuerforiis, uehiculari, nauibus, non obturbant, non medio cri prosector reliquorum mendicorum iactura. Atque ad eum modum homines suauissimi, sordibus, insatia, rusticitate,

ruficitate, impudentia, apostolos (ut aiunt) nobis referunt. Quid autem iucundius, quam quod omnia faciunt ex præscripto, quasi mathematicis utentes rationibus, quas præterire, piaculum sit. Quot nodos, habeat calceus, quo colore singula uestis, quot discrimini bus uarieganda, qua materia, quot que culmis latum cingulum, qua specie, & quot modiorum capax cucullus, quot digitis latum capillitum, quot dormiendū horas. Atq; hæc quidem æqualitas, in tanta corporum, & ingeniorū uarietate, quam sit inæqualis quis non perspicit? Et tamen his nūgis, non alios modo præ se nauici faciunt, uerum in uicem alii alios contemnunt, atque homines apostolicam charitatem professi, ob aliter cinctam uestem, ob colorem paulo fuscorem, omnia miris Tragoediis miscent. Ex his uideas quosdam adeo rigide religiosos, ut summa ueste, nō nisi Cilicina utantur, intima Milesia, alios cōtra, qui superne linei sint, intime lanei, Rursum alios qui pecuniae contactum, ceu aconitum horreant, nec à uino interim, nec à mulierum contactu, temperantes. Deniq; mirum omnibus studium, ne quid in ratione uite conueniat. Nec illud studio est, ut Christo similes sint, sed ut inter se dissimiles. Porrò magna fœlicitatis pars est in cognomentis, dum hi funigeros appellari se gaudent, & inter hos alii Coletas, alii minores, alii minimos, alii Bullistas, Rursum hibenedictinos, illi Bernardinos, hi Brigidenses, illi Augustinenses,

M O R I A

nenses. hi Guilhelmitas, illi Iacobitas, quasi uero pa-
rum sit dici Christianos. Horum magna pars in tan-
tum suis nititur cœrimonius, & hominum traditum
eulis, ut putet unum cœlum, parum dignum cesse tan-
tis meritis, præmium, haud cogitantes futurum, ut
Christus contemptis his omnibus, suū illud sit exactu-
rus præceptum, nempe charitatis. Alius ostentabit
aqualiculum, omni piscium genere distentum. Alius
psalmorū centum effundet modios. Alius iejuniorū
myriadas annumerabit, & toties unico prandio pe-
nè disruptam imputabit aluum. Alius tantum cœri-
moniarum aceruum proferet, quantum uix septem
onerariis nauibus uichi possit. Alius gloriabitur sexā
ginta annos nunquam attactam pecuniam, nisi digi-
tis duplice chirotheca munitis. Alius cucullam inge-
ret, adeo sordidam et crassam, ut nullus nauta suo di-
gnetur corpore. Cōmemorabit Alius, se plusq; unde-
cū lustris spongie uitam egisse, semper eidem affixū
loco. Alius raucam assiduo cantu uocem adducet. Ali-
us lethargum solitudine contractum, Alius linguam
iugi silentio torpentem. At Christus interpellatis,
nunquam alioqui finiendis gloriis, unde nam hoc in
quiet nouum Iudeorum genus? Vnicam ego legem ue-
re meam agnosco, de qua sola nihil audio. Et olim pa-
lam, nulloq; parabolarū utens inuolucro, paternam
hereditatem pollicitus sum, non cucullis, preculis,
aut in ediis, sed charitatis officiis. Nec eos agnosco,
qui sua

qui sua facta nimis agnoscunt, isti qui me quoq; san-
ctiores uideri uolunt, Abraxasiorum cœlos, si libet
occupent, aut ab his sibi nouum extrui cœlum iubeāt,
quorum traditiunculas, meis preceptis anteposue-
runt. Cū hæc audiet et uidebunt nautas et aurigas si-
bi præferri, quibus putatis uultibus se se mutuo cōtue-
buntur? Sed interī spe sua felices sunt, non absq; meo
beneficio. Atq; hos quidem, quanquam à rep. semo-
tos, nemo tamen audet contemnere, præcipue men-
dicantes, propterea quod omnia omniū arcanā tene-
ant, ex confessionibus quas uocant. Quæ tamen pro-
dere nefas habēt, nisi si quando poti, fabulis amoenio-
ribus delectare se uolunt, sed coniectruris modo rem
indicat, tacitis interim nominibus. Quod si quis hos
crabrones irritarit, tum in popularibus cōcionibus,
probe ulciscuntur se se, ex obliquis dictis hostem no-
tant, adeo teclē, ut nemo non intelligat, nisi qui nihil
intelligit. Nec prius oblatrandi finem faciunt, quam
in os offam obieceris. Age uero quem tu mihi Comœ-
dum, quem circulatorem spectare malis, quam istos
in concionibus suis rhetoriantes, omnino ridicu-
le, sed tamen suauissime imitantes ea, quæ rhetores
de dicendiratione tradiderunt? Deum immortalem
ut gesticulant, ut apte commutant uocem, ut can-
tillant, ut iactant se se, ut subinde alios, atq; alios uil-
tus induunt, ut omnia clamoribus miscent. At que
hanc orandi artem, cœuremarcanam, fraterculus
fraterculo

M O R I A

fraterculo, Per manus tradit. Eam tametsi mibi nō est
fas scire, tamen utcunq; coniecturis sequar. Primo lo-
co inuocant, id quod à Poëtis mutuo sumpserunt, Dé
inde dicturi de charitate, à Nilo Aegypti fluuio, su-
munt exordium, aut crucis mysterium enarraturi, à
Babylonico dracone Bel, fœliciter auspiciatur, aut de
iciunio disputationi, à duodecim zodiaci signis, prin-
cipium faciunt. Aut de fide uerba facturi, diu de qua=dratura circuli præloquuntur. Audiui ipsa quendā,
eximie stultum, errati, doctum uolebam dicere, qui
in concione celeberrima, diuinæ triadis mysterium
explicaturus, quo & doctrinam suam non vulgarem
ostentaret, & theologicis satisfaceret auribus, noua
prorsus ingressus est uia, nimirum à literis, syllabis,
& oratione, tum à concordia nominis & uerbi, ad
iectui nominis et substantiui, mirantibus iam pleris
que ac nonnullis Horatianum illud apud se mussitan=
tibus. Quorsum hac tam putida tendunt? Tandem
huc rem deduxit, ut in grammaticorum rudimentis,
sic expressum ostenderet totius triadis simulacrum,
ut nemo mathematicorum, in puluere posset cuiden=

.i. Theologis depingere. Atque in hac oratione θεολογώτα
gisimus. τῷ ille, totos octo menses, ita desudarat, ut hodie,
quoq; magis cæcutiat quam talpe, nimiri tota lumi=br/>num acie, ad ingenii cuspidem auocata. Verum haud
pœnitet hominē cæcitatis, ac paruo quoq; putat em=br/>ptam, eam gloriam. Auditus est à nobis aliis qui=br/>dam,

dam octogenarius, adeo Theologus, ut in hoc Scotum ipsum renatum putes, Is explicaturus mysterium nominis Iesu, mira subtilitate demonstrauit, in ipsis litteris latere, quicquid de illo dici possit. Etenim quod tribus duntaxat inflectitur casibus, id manifestum esse simulacrum diuini ternionis. Deinde quod prima uox Iesus, desinat in s, secunda Iesum in m, tertia Iesu in u, in hoc, & ḡntop subesse mysterium, Nempe i. arcanū, tribus literulis indicantibus, eum esse summum, me & in effadum, & ultimum. Restabat mysterium his quoque bile retrusius, mathematica ratione, Iesus sic in duas eae quales diffidit portiones, ut scilicet penthemimeres in medio resideret. Deinde doauit eam literam apud Hebreos esse, ¶ quam illi Syn appellant, Porro syn Scotorum opinor lingua, peccatū sonat, Atque hinc palam declarari, Iesum esse, qui peccata tolleret mundi. Hoc tam nouum exordium sic inhiantes admirati sunt omnes, præcipue Theologi, ut parum absuerit, quin illis acciderit, quod olim Niobæ, cum mihi pro pœnendum euenerit, quod fculno illi Priapo, qui magno suo malo, Canidie, Saganæque, nocturna sacra spectauit. Nec iniuria profecto. Nam quando similem ēphod op commetus est Demosthenes ille Graiili, i. insinuat aut Cicero latinus? Illis uitiosum habebatur proœmi tionem, quod à re foret alienius. Quasi uero non ad istum modum exordiantur & subulci, natura uidelicet magistra. Athi docti, præambulum suum, sic enim uocant,

M O R I A

cant, ita demum eximie rhetoricum fore ducunt, si
nusquam quicquam habeat, cū reliquo argumento cō-
fine, ut auditor interim admirans illud secum murmu-
ret, quo nunc se proripit ille? Tertio loco ceu narratio-
nis uice nonnihil ex euangelio, sed cursim ac uelut obi-
ter, interpretantur, cum id solū fuerit agendū. Quar-
to loco iam noua sumpta persona, quæstionem mouet
i. neq; ter Theologalē, aliquoties oūtē γῆ oūtē οὐρανοῦ ἀπό-
ram neq; μλύλω, atq; id quoq; ad artem arbitrantur pertinere.
cœlum at Hic demum theologicum attollunt superalium, docto-
tingētem. res solennes, doctores subtile, doctores subtilissimos
doctores seraphicos, magnifica nomina, auribus im-
culcantes, Tum syllogismos, maiores, minores, con-
clusiones, corollaria, suppositiones frigidissimas, ac
plusquam scholasticas rugas, apud imperitum uul-
gus iactitant. Supereft iam quintus actus, in quo sum-
mum artificē prestare conuenit. Hic mihi stultam ali-
quam, & in doctam fabulam, ex speculo opinor histo-
riali, in medium adferunt & eandem interpretantur
Atque ad hunc quidem modum Chimæram suam ab-
soluunt, qualem nec Horatius unquam assequi potuit
cum scriberet. Humano capiti &c. Sed audierunt,
à nescio quibus, ingressum orationis sedatum, mini-
mèque clamosum esse oportere. Itaque principio sic
exordiuntur, ut nec ipsi uocem propriam exaudiant,
quasi referat dici, quod nullus intelligat. Audierunt
nonnunquam ad concitandos affectus, exclama-
tionibus

tionibus utendū pressē. Proinde esse alioqui loquētes,
 subinde repente uocem tollunt, furioso plane clamō-
 re, etiam cum nihil opus. Iures elleborō homini opus
 esse, perinde quasi nihil referat, ubi clames. Præterea
 quoniam audierunt oportere sermonem in progres-
 su feruescere, in singulis partibus, principiis utcun-
 que sane recitatis, mox mira uocis contentionē utun-
 tur, etiam si res sit frigidissima, atque ita denique de-
 sinūt, ut spiritu defectos credas. Postremo didice-
 runt, apud Rhetores, de risu fieri mentionem, eōq;
 student ex ipsi iocos quosdam aspergere ἐπίλην .i.o' amic
 ἀφροδίτη, quam plenos gratiarum, quanque in lo Venus.
 co, ut plane ὄνος πρόσε τὴν λύγαν esse dicas. Mor .i.a si num
 dent quoq; nonnunquā, sed ita, ut titillent magis, quā adhibitum
 uulnerent. Nec unquam uerius adulantur, quam cum lyrae.
 maxime παρέκσιος, uideri student. Deniq; tota .i.libere lo
 actio est eiusmodi, ut iures eos à fori circulatoribus di qui.
 dicisse, à quibus longe uincuntur. Quanquam utriq;
 alteriusq; adeo sunt similes, ut nemo dubitet, quin aut
 hi ab illis, aut illi ab his, rethoricen suā didicerint. Et
 tamē inueniūt hi quoq; mea nimirū opera, qui cū hos
 audiunt, Demosthenes meros, ac Cicerones audire
 se putant. Quod genus sunt præapue mercatores, ac
 mulierculæ, quorū auribus, unicē placere student, qd
 illi nonnullam præde portiunculam, de rebus male
 partis, soleant impertiri, si commode fuerint palpa-
 ti. Illæ cum aliis multis de causis huic ordini fauent,
 tum præci-

M O R I A

tum præcipue, quod in horum sinus soleant effundere, si quid in maritos stomachantur. Videtis opinor, quantopere mihi debeat hoc hominum genus, cum cæ remoniolis, & nugis deridiculis, clamoribusq; , tyranidem quandam inter mortales exerceant: & Paulos atq; Antonios sese credant. Verū ego istos histriones tā ingratos benefiorum meorum dissimulatores quam improbos simulatores pietatis, libenter relinquo. Iam dudum enim iuuat de Regibus ac principibus aulicis, à quibus similiissime color, & (ut dignū est) ingenuis, ingenue, non nihil attingere. Qui quidem si uel semunciam sani cordis haberent, quid esset horum uita tristius, aut æque fugiendum? Neq; enim existimabit, uel per iurio parricidioq; parandum imperium, quisquis secum perpēderit, quam ingensonus sustineat humeris, qui uere principem agere uelit. Eum qui rerum gubernacula suscepere, publicū, non priuatum negotium gerere, nihil nisi de cōmodis publicis oportere cogitare. A legibus, quarū ipse & auctor, & exactor est, nec latum digitum discede re. Officialium omnium & magistratum, integritatem sibi præstandam esse, Sese esse unum, omnī oculis expositum, qui uel ceu sydus salutare, morum in nocētia, maximam rebus humanis salutem, possit ad ferre, uel ueluti cometa lœtalis, summā pernicien inuhere. Aliorū uitia neq; perinde sentiri, neq; tālate manare. Principē eo loco esse, ut si quid uelle uiter ab honesto

honesto deflexerit, grauis protinus ad quā plurimos homines uitæ pestis serpat. Tum quod multa secum adferat principum fortuna, quæ soleant à recto deducere, quod genus, delitiæ, libertas adulatio, luxus, hoc acrius enitendum ac solicitius ad uigilandum, nec ubi uel deceptus ceſset in officio. Postremo ut insidias, odia, cæteraque uel pericula, uel metus omittam, capiti imminere uerum illum regem, qui paulo post ab eo sit, etiam de minimo quoque commisso, rationem exacturus, id' que tanto ſeuerius, quanto præstantius gessit imperium. Hæc inquam, atque huiusmodi, plurima, si princeps secum perpendret, perpendret autem, si ſaperet, is nec ſomnum, nec cibum opinor iucunde capere posſet. At nunc meo munere, has omneis curas, diis permittunt, ipſi ſeſe molliter curat, neq; quēquam ad aurem admittunt, niſi qui iucunda loqui norit, ne quid animo ſolitudinis oboriatur. Se probe principis partes omneis impleſſe credūt, ſi uenentur aſſidue, ſi bellos alant Caballos, ſi ſuo commodo uendiderint magistratus ac præfecturas, ſi quotidie nouæ rationes excogitentur, quibus ciuum opes attenuent, et in ſuum conuertant fiscum, uerum id appropriate repertis titulis, ut etiam ſi ſit iniquissimum, aliquam tamen æquitatis ſpeciem præferat. Addunt data opera nonnihil adulatonis, quo populares animos, ut cunq; ſibi deuinciant. Fingite mihi nunc (quales ſunt nonnunquā) hominē legum ignarū, publico

G rum com-

M O R I A

rum commodorum pene hostem, priuatis intentum
commoditatibus, addictum uoluptatibus, oforem eru-
ditionis, oforem libertatis ac ueri, nihil minus quam
de reip. salute, cogitantem, sed omnia sua libidine su-
isq; utilitatibus, metientem. Deinde addite huic tor-
quem auream, omnium uirtutum cohærentium con-
fensum indicantem, tum coronam gemmis insigni-
tam, quæ quidem admoneat cū heroicis omnibus uir-
tutibus, oportere cæteris antecellere. Præterea sce-
ptrum iustitiae, & undecunque in corrupti pectoris
symbolum. Postremo purpuram eximiæ cuiusdam
in remp. charitatis inditum. Hæc gestamina, si prin-
ceps cum sua uita conferrat, equidem futurum arbi-
tror, ut plane pudescat ornatus sui, uereaturq; neg-
nasutus interpres, totum huc tragicum cultum, in ri-
sum, iocum que uertat. Iā quid de proceribus aulicis
commemorem? quibus cū nihil sit addictius, seruilius
insulsius, abiectius, tamen omnium rerum primos,
se se uideri uolunt. Hac una in re tamen modestissimi,
quod contenti, aurum, gemmas, purpuram, reliqua
que uirtutum ac sapientiae insignia corpore circum-
ferre, rerum ipsarum studium omne concedunt aliis.
Hoc abunde felices sibi uidentur, quod regem herum
uocare liceat, quod tribus uerbis salutare didicerint,
quod norint auiles titulos subinde inculcare. Sereni-
tatem, dominationem, & magnificentiam. Quod e-
gregie perfricuerint faciem, quod festiuiter adulen-
tur. Nam

tur. Nam hæ sunt artes, quæ uere nobilem & auli-
cum deceant. Cæterum si uitæ rationem omnem pro-
pius inspicias, nimirū meros Phæacas inuenies, spon-
sos Penelopes, reliquum carmen agnoscitis, qd' Echo
uobis melius referet quam ego. Dormitur in medios
dies. Ibi sacrificulus mercenarius ad lectum paratus,
qui propemodum cubantibus adhuc sacrum expedite
pagat. Mox ad ientaculū, Quo uix peracto, iā inter-
pellat prandiū. Sub id alca, laterūculi, sortes, scurræ
Moriōes, scorta, lusus, infiætæ. Interi una aut altera
mereda. Rursum cœna, post hanc repotia, non una
per Iouem. Atq; ad hūc modū, citra ullum uitæ tediū,
elabuntur horæ, dies, menses, anni, secula. Ipsa non=
nunquam saginatior abeo, si quando uiderim illos
μεγαλοφρούνται, dum inter nymphas unaqueque
hoc sibi uidetur diis propior, quo caudā longioretra
hit, dum procerum, aliis alium cubito protrudit, quo *tes fese*.
Ioui uianior esse uideatur, dum quisque sibi hoc ma-
gis placet, quo grauiorem catenam collo baiulat, ut
robur etiam, non opes tantum ostentent. Ac princi-
pium quidem institutum, summi pontifices, cardina-
les, & Episcopi, iampridem gnauiter æmulantur,
ac prope superant. Porro si quis perpendat, quid li-
nea uestis admoneat, niueo candore insignis, nēpe ui-
ta undiquaq; in culpatam. Quid sibi uelit mitra bicor-
nis, utrunq; fastigium eodē cohibente nodo, puta no-
ui pariter ac ueteris instrumēti, absolutam scientiā.

M O R I A

Quid manus chirothecis communite puram et ab o=
mni rerum humanarum contagio, immunem sacra=
mentorum administrationem. Quid pedum, nimirū
crediti gregis uigilantissimam curam? Quid prelata
crux, uidelicet omnium humanorum affectuum uicto=
riā. Hæc inquā atq; id genus multa, si quis perpendat.
nonne tristem ac solicitam uitam egerit? At nunc bel
le faciunt, cum, sese pascunt. Cæterum ouium curam
aut ipsi Christo mandant, aut in fratres (quos uocat)
ac uicarios reuiciunt. Neque uel nominis suu recordā=br/>tur, quid sonet episcopi uocabulum, Nempe laborem
curam, solicitudinem. Verum in irretiendis pecuniis,
i. non cæ planè episcopos agunt οὐ δὲ λαοστοπίκη. Ad eun=cam specu dem modum cardinales si cogitent sese in apostolorū
lationem. locum successisse, eadem ab ipsis requiri que illi præ=stiterunt. Deinde non dominos esse, sed administratores spiritualium dotium, de quibus omnibus sint paulo
post exactissime reddituri rationem. Immo, si uel in
cultu paulisper philosophentur, atque ita secum co=gitent, quid sibi uult hic uestitus candor? Nonne sum
mam & eximiam uitæ innocentiam? Quid interior
purpura? Nonne flagrantissimū in deū amore? Quid
rursus exterior, sinuosa capacitate diffluens, ac totā
etiam reuerēdissimi complectens mulam, quamquam
una, uel camelo cōtegēdo sufficerit, nonne charitatē
latissime sese pandentem adsubueniendum omnibus,
hoc est ad docendum, exhortandum, cōsolandum, incre
pandū

pandum, admonendum, cōponenda bella, resistendū
improbis principibus, & uel sanguinem libenter im-
pendendum gregi Christiano, non solum opes (quan-
quam quorū sum omnino opes, pauperum apostolorū
uice gerentibus?) Hæc si perpenderent, nec cum lo-
cum ambirent, et libenter relinquerent. Aut certe ui-
tam planē laboriosam, atq; solicitam agerent, cuius
modi ueteres illi uixerunt apostoli. Iam summi ponti-
fices, qui Christi uices gerunt, si conentur eiusdem
uitam emulari, nempe paupertatem, labores, doctrinā,
crucem, uitæ contemptum, si uel papa, id est, pa-
tris nomen, uel sanctissimi cognomen cogitent, quid
erit in terris afflictius? aut quis eū locū omnibus emat
facultatibus, emptum, gladio, ueneno, omniq; ui, tuea-
tur? Quantum his abstulerit commoditatum, si semel
inceßerit sapientia? Sapientia dixi, immo uel mīca salis
illius, cuius meminit Christus, tantum opum, tantum
honorū, tantum ditionis, tantum uictoriarū, tot offi-
cia, tot dispensationes, tot uectigalia, tot indulgentias
tantum equorum, mulorum, satellitum, tantum uolu-
ptatum. Videtis quantas nundinas, quantam messem,
quantū honorū pelagus, paucis sim complexa. In quo
rū locum inducit uigilias, ieunia, lachrymas, oratio-
nes, conciones, studia, suspiria, milleg; id genus misere-
ror labores. Neque uero negligendum, illud futurum
ut tot scriptores, tot copistæ, tot notarii, tot aduocati
tot promotores, tot secretarii, tot mulotribæ, tot equi-

M O R I A

sones, tot mensariorum, tot lenones, pene mollius quidam addideram, sed uereor ne durius sit auribus, in summa tam ingens hominum turba, que Romanam sedem, onerat, lapsa sum, honorat sentiebam, ad famam adigentur. In humanum quidem hoc, et ab ominandum facinus, at multo magis detestandum ipsos etiam summos ecclesiæ principes, ac uera mundilumina, ad peram et baculum reuocari. At nunc fere, si quid laboris est, id Petro et Paulo relinquunt quibus abunde satis est otii. Porrò si quid splendoris aut uoluptatis, id sibi sumunt. Atque ita fit mea quidem opera, ut nullum pene hominum genus uiuat mollius minusque sollicitum, ut qui abunde Christo satisfacti existimet, si mystico ac penè scenico ornatu, cærimoniis, beatitudinem reuerentiarum, sanctitatem titulis et benedictionibus, ac maledictionibus, episcopos agant. Priscum et obsoletum, nec horum omnino temporum, miracula ædere, docere populum, laboriosum, sacras interpretari literas, scholasticum orare, otiosum lachrymas fundere, miserum ac mulcere egere, sordidum uinci, turpe parum que dignum eo, qui uix reges etiam summos, ad pedum beatorum admittit oscula, denique mori inamabile, tolli in crucem infame. Restant sola Hæc arma, ac bendedictiones dulces, quarum meminit Paulus, atque haec quidem sunt sancquam benigni, interdictiones, suspensiones, aggrauationes, redaggrauationes, anathematizationes,

thematizationes, ultrices picturæ, ac fulmen illud ter
rificum, quo, solo nutu, mortalium animas, uel ultra
tartara mittunt. Quod ipsum tamen sanctissimi in
Christo patres, & Christi uicarii, in nullos torquent
acrius, quam in eos qui instigante diabolo, patrimo=
nia Petri, minuere atque arrodere conantur. Cuius
cum hæc vox sit in euangelio, Reliquimus omnia, &
secuti sumus te, tamē huius patrimonium appellant
agros, oppida, uectigalia, portoria, ditiones. Pro qui
bus dum zelo Christi accensi, ferrò igniq; dimicant,
nō absq; plurimo Christiani sanguinis dissipatio, tum
demum ecclesiam Christi sponsam, se se credunt apo=
stolice defendere, fortiter profligatis (ut uocant) ho=
stibus. Quasi uero ulli sint hostes ecclesiæ perniciosi=
res, quam impii pōtifices, qui & silentio Christum si=
nunt abolescere, & quæstuarii legibus alligant, &
coactis interpretationibus adulterant, & pestilente
uita iugulant. Porro cum Christiana ecclesia, san=
guine sit condita, sanguine confirmata, sanguine au=
cta, nunc perinde quasi Christus perierit, qui more
suo tueatur suos, ita ferrorem gerunt. Cumque bel=
lum res sit adeo īmanis, ut feras non homines deceat,
adeo insana, ut poētæ quoque fingāt à furiiis immitti,
adeo pestilens, ut uniuersam morum luem, simul in
uehat, adeo iniusta, ut à pessimis latronibus optime
soleat administrari, adeo impia, ut nihil cohæreat cū
Christo, tamen omnibus omissis, hoc tantum agunt.

M O R I A

Hic uideas etiam decrepitos senes, iuuenilis animi robur præstare, nec offendit sumptibus, nec fatigari laboribus, nec deterreri quicquā, si leges, si religionē, si pacem, si res humanas omneis, sursum ac deorsum miscet. Neque desunt adulatores eruditī, q̄ istā manifestariam insaniam, zelum, pietatem, fortitudinem appetulent, excogitata uia, qua fieri potest, ut quis letale ferrum, stringat, adigat que in fratribus sui uisera, manente nihilominus charitate illa summa, quā ex Christi præcepto, debet proximo Christianus. Evidem incerta sum, adhuc, utrum his rebus exemplum dderint, an potius hinc sumpserint, episcopi quidā Germanorum, qui simplicius, etiam omisso cultu, omissis benedictionibus, aliisq; id genus cærimonias, plane satrapas agunt, adeo ut propemodum ignauum, parumque decorum episcopo potent alibi, quam in aie, fortē animam deoreddere. Iam uero uulgas sacerdotum, nefas esse dicens, à præsulum suorum sanctimonia degenerare, euge quam militariter pro iure decimorum, ensibus, iaculis, saxis, omnique armorum ui belligerantur, quam hic oculati, si quid ex veterum literis possint elicere, quo plebeculā territēt, & plus quam decimas deberi conuincant. At interim non uenit in mentem, quam multa passim legantur de officio quod illi uicissim præstare populo debeant. Nec saltem admonet eos, uertex ratus, sacerdotum omnibus huius mundi cupiditatibus, liberū esse oportere, neq; quicquam

q̄cquā n̄i si cœlestia meditari. Sed hoīnes suūes se suo
 officio probe perfūctos aiūt, si præculas illas suas, ut
 cūq; p̄murmurarint, quas me Hercule demiror, si q̄s
 deus uel audiat uel intelligat, cū ipsifere nec audiant,
 nec intelligāt, tū cū eas ore perstrepūt. Verū hoc qui=
 dēsacerdotibus est cū prophanis cōmune, ut ad emo=
 lumēti messem uigilent omnes, neque quisquam ibi le
 ges ignoret. Cæterum si quid sarcinæ, id prudenter in
 alienos humeros reiiciant, & aliis alii tanquam pilā
 per manus tradunt. Siquidē laici quoq; principes quē
 admodum partes administrandi regni, uicariis dele=
 gant, & uicarius item uicario tradit, ita pietatis studi
 um omne, plebi modestiæ causa reliquūt. Plebs in eos
 reiicit, quos ecclesiasticos uocant, perinde quasi ipsiſis
 cū ecclesia nihil omnino sit commercii, quasi baptis=
 mi uotis, nihil prorsus sit actum. Rursum sacerdotes,
 qui seſe uocat ſeculares, quasi mūdo initiati, non Chri
 ſto, in regulares onus hoc deuoluunt, regulares, in mo
 nachos, monachi laxiores, in arctiores, omnes ſimul,
 in mendicantes Mendicantes in Carthusienses, apud
 quos ſolos, ſepulta latet pietas, et adeo latet, ut uix un
 quam liceat confpicere. Itidem pontifices in messe pe
 cuniaria, diligentissimi, labores illos nimium aposto
 licos, in episcopos relegant, episcopi in pastores, pa
 stores i uicarios, uicarii in fratres mēdicantes. Hirur
 sum in eos retrudunt, à quibus ouium lana tondetur.
 Verum non eſt huius instituti, pontificum ac ſacerdo

G 5 tum ui

M O R I A

tum uitam excutere, ne cui uidear Satyram texere,
non Encomium recitare, neue quis existimet bonos
principes à me taxari, dum malos laudo. Sed hæc ideo
paucis attigi, quo palam fieret, nullum esse morta-
lem, qui suauiter uiuere possit, nisi meis initiatus sit
sacris, me que propiciam habeat. Nam id quo pacto
fieri queat, cum ipsa etiam Rhamnusia rerum huma-
narū fortunatrix, mecum adeo consentiat, ut sapienti-
bus istis semper fuerit inimicissima? Cōtra stultis etiā
dormientibus, omnia cōmoda adduxerit? Agnoscitis

i. dormiē timotheū illum, cui hinc etiā cognomē & prouerbiū
tis rete ca ἡ ἐνδοντ Θ κύρτος αἴγει. Rursum aliud γλαύξ
pit.

i. noctua ἵπτατ. Contra in sapientes quadrant illa, ὥ περόδη
γεννηθέντες, & equum habet Seianum, & aurum
Tolosanum. Sed defino πόσιμοι μισθεῖται, ne uidear E=

rasmi mei commentaria, suppilasse. Ergo ut ad rem,
Amat fortuna parum cordatos. Amat audatores,

& quibus illud placet, πᾶς εἰρήνη φέω κύριος. At sa-
pientia timidulos reddit, ideoq; uulgo uidetis, sapien-
tibus istis cum paupertate cum fame, cum fumo, rem

esse, neglectos, ingloriosos, inuisos uiuere. Stultos
affluere nummis, admoueri Reip. gubernaculis, bre-

uiter florere modis omnibus. Etenim si quis beatum
existimet principibus placuisse uiris, & inter meos
illos, ac gemmeos deos uersari, quid inutilius sapien-
tia, imò quid apud hoc hominū genus damnatius? Si di-
uitiae parande sunt, quid tandem lucri facturus est

negocia-

negotiator, si sapientiam secutus, periurio offendetur, si in mendacio deprehensus erubescet, si anxios illos de furtis, atque usuris sapientum scrupulos, uel tantuli faciet? Porro si quis honores, atque opes ambiat ecclesiasticas, ad eas uel asinus, uel bubalus citius penetrabit, quam sapiens. Si uoluptate ducaris, puellæ, maxima huius fabulæ pars, stultis toto peccore sunt addictæ, sapientem haud secus, ac scorpium horrent fugiunt que. Denique quicunque paucum festiuus, ac letius uiuere parant, sapientem in primis excludunt, ac quod uis animal potius admittunt. Breuiter quoquo te uertas, apud pontifices, principes, iudices, magistratus, amicos, hostes, maximos, minimos, omnia præsentibus nummis parantur. Quos uti comtemnit sapiens, ita illum sedulo fugere consueuerunt? Sed cum laudum mearum nullus sit modus, neque finis, tamen oratio aliquando finem habeat necesse est. Itaque desinam dicere, sed si prius ostendero paucis, non deesse magnos authores, qui me literis suis pariter, ac factis illustrarint, ne cui forte stulte mihi soli uidear placere, ne uel legulei calumnientur, me nihil allegare. Ad ipsorum igitur exemplum allegabimus, hoc est, οὐδὲν περὶ τὸ πότερον. Principio illud omnibus .i. nihil ad uel notissimo proverbio persuasum est, ubi res abest, ibi simulationem esse optimam. Eoque recte statim traditur hic uersus pueris. Stultitiam simulare loco

M O R I A

Lare loco sapientia summa est. Vos iam ipsi coniicite,
 quam ingens sit bonum Stultitia, cuius etiam fallax
 umbra, & imitatio sola, tantum laudis meretur à do-
 cētis. Sed multo candidius pinguis ille, ac nitidus Epi-
 curi de grege porcus, miscere stultitiam consilii iu-
 bet, tam et si breuem nō admodum scite addidit. Item
 alibi, Dulce est despere in loco. Rursum alio in loco
 mauult, delirus, inersq; uideri, quā sapere, et ringi. Iā
 apud Homenum Telemachus, quem modis omnibus
 i. paruu= laudat Poëta, subinde vīπιΘ appellatur, atq; eodē
 lus uel in= prænomine tanquam felicis ominis, libenter pueros,
 infans. & adolescentes uocare solēt tragicī. Quid autem sa-
 crum Illiadis carmen, nisi Stultorū regum, et populo-
 rū continet iras? Porro quā absoluta laus illa Cicero-
 nis, Stultorum sunt plena omnia. Quis enim ignorat
 unumquodq; bonum quo latius patet, hoc esse præstā-
 tius? Atqui fortassis apud Christianos, horum leuis est
 authoritas? Proinde sacrarum quoq; literarum testi-
 moniis (si uidetur) laudes nostras fulciamus, siue (ut
 docti solent) fundemus, Principio ueniam à Theolo-
 gis præfate, ut nobis fas esse uelint. Deinde quoniā
 arduam rem aggredimur, & fortassis improbum fue-
 rit denuo Musas ex Helicone, ad tantum itineris reuo-
 care, præsertim cum res sit alienior, fortasse magis
 conueniet optare, ut interim dum Theologum ago,
 perq; has spinas ingredior, Scoti anima paulisper ex
 sua Sorbona, in meum pectus demigret, quo uis hy-
 strice

stricē, atq; Erinaceo spinosior, mox' que remigret
quo lubebit uelēiç κόρακας. Utinam & iultum aliū · i. in cor
liceat sumere, & ornatus ad sit theologicus? Verum tuoshoc,
illud interim uereor, ne quis me furti ream agat, qua' est in ma
si clanculum Magistrorum nostrorum scrinia comp̄t̄ lam rem.
lauerim, quae tantum rei theologicæ teneam. Sed non
adeo mirum uideri debet, si tam diutina (que mihi ar
ctissima est (cum theologis consuetudine, non nihil ar
ripui, C um fculnus ille deus Priapus, nonnullas græ
cas uōces, legente domino subnotarit, tenueritq; · Et
gallus lucianicus lōngō hominum coniuctu sermonē
humanum expedite calluerit. Sed iam ad rem bonis
auibus. Scripsit Ecclesiastes capite primo. Stultorū
infinitus est numerus. C um numerum prædicat infi
nitum, nonne mortales uniuersos complecti uidetur,
præter pauculos aliquot, quos haud scio, an cuiquam
uidere contigerit? Sed magis ingenue confitetur hoc
Hieremias, capite dēamo. Stultus inquiens, factus est
omnis homo à sapientia sua. Soli deo tribuit sapien
tiam, uniuersis hominibus stultitiam relinquens · Ac
rursum paulo superius, ne glorietur homo in sapien
tia sua. Cir non uis hominem in sua sapientia gloria
ri optime Hieremia? Ni murum inquiet ob id, quia nō
habet sapientiam. Sed ad ecclesiasten redeo. Hunc cū
exclamat uanitas, uanitatum, & omnia uanitas, quid
aliud sensisse creditis, nisi (quemadmodū diximus)
uitam humanam nihil aliud quam stultitiae ludicrum
esse:

M O R I A

esse. Nimirū Ciceronianæ laudi, albū addentē calculū
 cuius optio iure, celebratur illud. Stultorū plena sunt
 oīa. Rursum sapiēs ille ecclesiasticus, qui dixit stultus
 mutatur ut Luna, sapiēs pmanet ut Sol, quid aliud in
 nuit nisi mortale genus omne stultū esse, soli deo sapiē
 tis nomē competere? Siquidē Lunam, humanā naturā
 interpretantur. Solem oīs luminis fontē, deum. Huic
 astipulatur quod ipse Christus in euāgeliō negat, quē
 quam appellādum bonum, nisi deum unum. Porrō si
 stultus est, quisquis sapiens, non est, & quisquis bo=
 nus, idem sapiens, autoribus Stoicis, nimirū mortales
 omneis, stultitia cōpleteatur, necessum est. Iterū Salo=
 mon, capite decimoquinto. Stultitia (inquit) gaudium
 stulto, uidelicet manifeste confitens, sine stultitia ni=
 hil in uita suave esse. Eodem pertinet illud quoq; Qui
 apponit sc̄iētiam, apponit dolorem, & in multo sen= su,
 multa indignatio. At non idem palam confitetur,
 egregrius ille concionator, capite septimo? Cor sapiē
 tium, ubi tristitia est, & cor stultorū, ubi letitia. Eōq;
 non satis habuit, sapientiā perdiscere, nisi nostri quo
 q; cognitionem addidisset. Quod si mihi parum habe= tur fidēi, ipsius accipite uerba, quæ scripsit capite pri= mo. Dediq; cor meū, ut sc̄ircim prudentiā, atq; doctri= nā, erroresq; & stultitā. Quo quidem loco illud ani= maduertendū, ad stultitiæ laudem pertinere, quod eā
 posteriore posuit loco. Ecclesiastes scripsit, & hunc
 sc̄itis esse ordinem Ecclesiasticū, ut qui dignitate pri= mus

mus sit, is locum obtineat extremū, uel hic certe me= mor Euangelici præcepti. Sed flultiam præstantio= rē esse sapientia, & Ecclesiasticus ille, quisquis fuit, li quido testatur, capite quadragesimo quarto, cuius me hercle uerba, nō prius proferā, quā εἰσαγωγὴ μεā .i. inducti cōmodare responsione adiuueritis, ut faciunt apud Pla= onem quæ tonē hi, qui cum Socrate disputant. Vtra magis con= genus est uenit recōdere, quæ rara sunt et pretiosa, an quæ uul argumen= garia uilia que? Quid tacetis? Etiam si uos dissimule tationis. tis, prouerbium illud græcorū, prouobis respondet, τὸν ἐπὶ θύραις ὑδρίαν, qd' ne quis impie reuiciat, re .i. in ostiis fert Aristoteles, magistrorū nostrorum deus. An quis hydriam. quā uestrū tā stultus est, ut gēmas et aurū in uia relin quat? non hercle opinor? In abditissimis penetralibus nec id satis, in munitissimorū scriniorū, secretissimis angulis, ista reponitis, cōenum in propatulo relinqui tis. Ergo si quod pretiosius est, reconditur, qd' uilius exponitur, nonne palā est, Sapientiam quā uetat ab= scondi, uiliorem esse stultitia, quam recondi iubet? Iā ipsius testimonii uerba accipite, Melior est homo qui abscondit stultitiam suam, quām homo, qui abscondit sa pientiam suam. Quid, quod animi quoq; candore, di= uine literæ stulto tribuunt, cum sapiens interim, ne= minē sui similē putet. Sic enim intelligo, id quod scribit Ecclesiastes, capite decimo. Sed & in uia stultus ambulans, cum ipse insapiens sit, omnes stultos exi= stimat. An non istud eximiū cuiusdam candoris est, o= mnes

M O R I A

mnes equare tibi ipsi? Cunq; nemo, nō magnifice de se
sentiat, omnibus tamē tuas cōmunicare laudes? Proin
de nec puduit tantum regem huius cognominis, cum
ait capite tricesimo. Stultissimus sum uirorum. Neq;
Paulus ille magnus gentiū doct̄or Corinthiis scribens
stulti cognomē illibenter agnoscit, ut insipiens inquit
dico, plus ego, perinde quasi turpe sit uinci stultitia.
Sed interim obstrepunt mihi Græculi quidā, qui tot
huius temporis, Theologorū, ceu Cornicū oculos, stu
dent cōfigere, dū annotationes suas, ueluti fumos quoſ
dam, aliis offendunt, cuius gregis si non Alpha, certe
Beta, meus est Erasmus, quē ego s̄epius, honoris cau
ſa nomino. O uere stultam inquiunt, & ipsa dignam
Moria citationem, longe diuersa mens apostoli, quam
tu somnias. Nec enī hoc agit his uerbis, ut cæteris ful
tior haberetur, uerū cū dixisset, ministri Christi sunt
et ego, seq; ueluti iactabūdus in hac quoq; parte equas
set cæteris, per correctionē adiecit, plus ego. Sentięs
ſe non modo parem reliquis apostolis in euangelii mi
nisterio, uerū etiā aliquanto superiorē, Idq; cū ita ue
rū uideri uellet, ne tamen ut arrogantius dictū offen
deret aures, præmuniūt, stultiae prætextu. Ut minus
ſapiens dico, propterea quod sciret esse stultorū pri
uilegiū, ut soli uerū atria offensam proloquantur. Ve
rū quid Paulus senserit cū hæc scriberet, ipſis disputā
dū relinquo. Ego magnos, pingues, crassos, & uulgo
probatissimos Theologos sequor, Cum quibus magna
pars do-

pars doctorum errare, vñ tòp díæ malit, quàm cum .i. per Io= istis trilinguis bene sentire. Neque quisquàm illorū uem. græculos illos pluris facit, quā græculos. Præsertim, cum quidē glorioſus Theologus, cuius ego nomē priu dens ſupprimō, ne graculi nostri continuo græcū in illum ſcommia iacent. ὁν Θεος, magifraliter .i. afinus & theologaliter hunc paſſum enarrans, ab hoc loco, ad lyram. ut minus sapiens dico, plus ego, nouū facit caput, & quod absque ſumma dialeſtica non poterat, nouam addit ſectionem, adhunc interpretans modum, addu= cam enim ipsius uerba, non ſolum in forma, uerum etiam in materia. Ut minus sapiens dico, id eſt, ſi uide or uobis inſpiens, me pſeudapoftolis ad æquando, ad huic uidebor uobis minus sapiens me eis præferendo. Quanquàm idem paulo poſt, uelut oblitus ſui, alio de labitur. Sed cur anxie me, unius exēplo tueor. Cū hoc publicum ius ſit theologorū cœlum, hoc eſt diuinam ſcripturam, ceu pellē extendere. Cū apud diuum Pau lum pugnant diuinæ ſcripturæ uerba, que ſuo lo= .i. quinque co, non pugnant, Si qua fides illi περταγλωθει Hie lingui= ronymo, cum Athenis forte conſpectum aræ titulum, torqueret in argumentum fidei Christianæ, ac cæ= teris omissis, que cauſæ fuerant offeſtura, duo tan= tum extrema uerba decerpſerit, nempe haec, ignoto deo, atq; haec quoq; non nihil immutata, ſiquidem in teger titulus ſic habebat. Diis Afriæ, Europe, et Afri= cæ, diis ignotis, et peregrinis, Adhuius opinor, exē= .i. Theolo= H plumb gorū filii.

M O R I A

i. Theolo plūm passimiam, oī ἀθν̄ δεολόγων παῖδες, hinc
gorū fuii. atq; hinc reuulsa, quatuor aut quinq; uerbula, & si
quid opus est, etiam deprauata, ad suam accomodant
utilitatem, licet ea quæ præcedunt, & consequuntur,
aut nihil omnino faciat ad rem, aut reclament quoq;
Quod quidem faciunt tam felici impudentia, ut sæpe
numero, theologis inuideant iureconsulti. Quid enī
illis iam non succedat, postea quā magnus ille (penē
nomen effutueram, sed rursus metuo græcū prouer
biū) ex Lucæ uerbis, sententia expreſſerit, tam con=
ſentaneā animo Christi, quā igni cum aqua conuenit.
Etenim cū immineret extremū periculum, quo tēpo
ii. aliis in re ſolent boni clientes, maxime ſuis adeffe patronis,
bello ad et quanta ualent ope συμμαχēμ, Christus hoc a=
effe. gens, ut omnē huiusmodi præſidiorū fiduciam, exime
ret ex animis fuorū, percūctatus eſt eos, nūquid rei,
defuiffet uſquā, cum illos emiſiſſet adeo nō instructos
uiatico, ut nec calceis muniret, aduersus spinarū &
ſaxorū iniuriam, nec perā adderet, aduersus famen.
Vbi negaſſent, defuiffet quicquā adiecit. Sed nūc inqt,
qui habet ſacculū, tollat, ſimiliter & peram, & qui
non habet, uendat tunicam ſuam, & emat gladium.
Cum tota Christi doctrina, nihil aliud inculcat, quam
mansuetudinem, tolerantiam, uitæ contemptum, cui
non perſpicuum ſit, quid hoc loco ſentiat? Nempe ut
magis etiam exarmet ſuos legatos, ut non tantum cal
ceos negligant & peram, uerum & tunica insuper
abūciant, nudiq; & prorsus expediti, munus euanc-

gelicū aggrediantur, Nihil sibi parent, nisi gladium,
 nō istū, quo grassantur latrones et parriādæ, sed gla-
 dium spiritus, in intimos quoq; peccoris sinū pene-
 trantē, qui semel affectus omneis sic amputat, ut ni-
 hiliam illis cordi sit, præter pietatem. At uidete que-
 so, quorū sum hæc torqueat, celebris ille Theologus.
 Gladium interpretatur defensionem aduersus per-
 secutionem, Sacculū sufficientem commeatus prouि-
 sionem, Perinde quasi Christus commutata in diuer-
 sum sentētia, quo oratores suos parum βασιλικῶς .i. regali
 instructos emisisse uideretur, superioris institutionis ter et ma-
 Palinodiam canat, Aut uelut oblitus, qd' dixerat, bea gnifice.
 tos fore, cū probris, contumeliis, et suppliciis affi-
 rentur, prohibens ne quando resisterent malo, mites
 enim beatos esse, nō feroes, oblitus, quod illos ad pas-
 serū, et liliorum exemplum uocarit, nunc adeo nolu-
 erit eos absq; gladio proficisci, ut eū uel tunica diuen-
 dita iubeat emi, malitq; nudos ire, quā non accinctos
 ferro. Ad hæc quēadmodū gladii nomine cōnieri pu-
 tat, quicquid ad depellandā uim pertinet, ita marsu-
 pi titulo complectitur, quicquid ad uitæ pertinet ne-
 cessitatē. Atq; ita diuinæ mentis interpres, apostolos
 lanceis, balistis, fundis, et bombardis instructos edu-
 cit ad prædicationem crucifixi, Loculis item, uidulis,
 et sarcinis onerat, ne forte non liceat illis è diuerso-
 rio discedere, nisi impransis. Nec uel illud commouit
 hominē, quod ensem, quē tantopere iusserat emi mox

M O R I A

idē obiurgans iubeat recondi, quodq; nūquā fāndos sit
auditum, apostolos ensibus aut clypeis usos aduersus
uim ethnicorū, utiq; usuros, si Christus hoc sensisset,
quod hic interpretatur. Est aliis, quem honoris causa
non nomino, haud quaquā postremi nominis, qui ē tē
torius, quorū meminit Habacuck, turbabuntur pelles
terræ Madiam, pellem fecerit Bartholomei excoria
ti. Ipsa nuper interfui dissertationi theologicæ, nam
id facio frequēter, Ibi cum quispiam exigeret quæ tā=
dem esset diuinarū literarum authoritas, quæ iuberet
hæreticos incendio uinci, magis quā disputatione=
uinci, Senex quidā seuerus, et uel superciliosus teste theo=
logus, magnō stomacho respondit, hanc legem tulisse
Paulum apostolum, qui dixerit, hæreticum hominem
post unam et alterā correptionem deuita, Cumq; ea
uerba identidē intonaret, et pleriq; demurarentur qd
accidisset homini, tandem explanauit, deuita tollendū
hæreticum. Risere quidā, nec deerant tamen quibus
hoc commentū plane theologicum uideretur, cæterū
i. Tenedi reclamantibus etiamnū nonnullis, successit, tevēdios,
us patro quod aiunt, σωκρός, et Author irrefragabilis:
nus. Ac capite rem, inquit, Scriptum est, maleficū ne patia=
ris uiuere. Omnis hereticus maleficus, ergo &c. Mi=br/>rari quotquot aderant, hominis ingenii, et eā insen=br/>tentiam itum est pedibus, et quidem peronatis. Neq;
cuiquā uenit in mentem legem eam, ad sortilegos &
incantatores, ac magos attinere, quos Hebrei sua lin=br/>guā uo=

guauocāt פִּתְבַּשׁ פִּים, Alioqui fornicationē
 et ebrietatē, capite punire oportuit. Verū hæc stulte
 psequor, tā innumera, ut nec Chrisippi, nec Didimi
 uoluminibus omnia comprehendendi possint. Illud dunta
 xat admonitos uolebam, cū hæc diuinis illis magistris
 licuerint, mihi quoq; plane συκύνη θεολόγω, par
 est dare ueniā, si minus omnia ad amuſim citauero. i. fculna
theologo.
 Nunc tandem ad paulum redeo, Libenter, inquit, fertis
 insipientes, de se loquens. Et rursus, uelut insipientē
 accipite me. Et non loquor secundū deum, sed qua
 si in insipientia. Rursus alibi. Nos inqt, stulti propter
 Christum. Audistis à quāto authore, quanta stultitiae
 præconia. Quid, quod idem palam stultitiam præ=
 pit, ut rē in primis necessariam, & oppido salutare.
 Qui uidetur eſſe sapiens inter uos, stultus fiat, ut sit
 sapiēs. Et apud Lucā duos discipulos, quibus se iunxe
 rat in uia, Iesus stultos appellat. Illud haud scio an mi
 rum uideatur, cū deo quoq; non nihil stultitiae tribuit,
 diuinus ille Paulus. Quod stultum est inquit dei, sapi
 entius est hominibus. Porro Origenes interpres ob
 sistit, quo minus hanc stultitiam ad hominum opinio
 nē possis referre. Quod genus est illud, uerbū crucis
 pereuntibus quidē stultitiam. Sed quid ego frustra an
 xia, tot testimonii hæc docere pergo, cum in psalmis
 mysticis palam ipſe Christus loquatur patri. Tu scis
 insipientiam meam? Neque uero temere est, quod
 deo stultitā impense placuerunt. Opinor propterea
 H 3 quod

quod quemadmodū summi principes nimī cordatos
suspectos habent, et inuisos, ut Iulius Brutum et Cassi-
um, cū ebrium Antonium nihil metueret, utq; Nero
Senecam, Dionisius Platonem, Contra crassioribus,
ac simplicioribus ingenii delectantur, itidē Christus
 .i. sapien-
tes.
 σοφους istos, suęq; nitentes prudentię, semper dete-
statur, ac damnat. Testatur id Paulus haud quaq; ob-
scure cū ait, Quæ stulta sunt mundi, elegit deus, cūq;
ait deo uisum esse, ut per stultitiam seruaret mundū,
quandoquidē per sapientiā restitui nō poterat. Qui
ipse idem satis indicat clamans per os prophetæ. Per
dā sapientiam sapientium, et prudentiā prudentium
reprobabo. Rursum cū agit gratias, qd' salutis myste-
riū cœlaasset sapientes, paruulis autem, hoc est stultis
 .i. paruulis
uel infantib-
us.
 .i. sapienti-
bus.
 aperiuisset. Nā græce pro paruulis est υηπίοις, quos
opposuit σοφοῖς Huc pertinet quod passim in euangeliō Pharizeos et scribas, ac legū doctores incessit
uulgas indoctum sedulo tuetur. Quid enim aliud est,
uæ uobis scribæ et Pharizei, quā uæ uobis sapientes?
At paruulis, mulieribus, ac piscatoribus potissimum
delectatus esse uidetur. Quin et exanimantiū bruto-
rū genere, ea potissimū placent Christo, quæ à uulpi-
na prudentia, quā longissime absunt. Eoq; asino malu-
ti insidere, cū ille (silubuisse) uelleonis tergū impu-
ne potuisset præmere, ac spiritus ille sacer in colubæ
specie delapsus est, nō aquilæ aut miluii. Præterea ær-
uorū, binolorum, agnorū crebra passim in diuinis li-
teris mentio. Adde quod suos ad immortalem uitā de-

stinatos oues appellat. Quo quidem animante nō est
 aliud insipientius uel Aristotelico prouerbio teste
~~προσέκτησης θεοῦ~~, quod quidem admonet, ab eius .i. ouis mo
 pecudis stoliditate sumptum in stupidos, et bardos cō res.
uicū loco dici solere. Atqui huius gregis Christus se=se pastorē profitetur. Quinetiā ipse agni nomine delectatus est indicante eū Ioanne. Ecce agnus dei, cuius
 multa fit, et in Apocalypsi mētio. Hæc quid aliud clāmitant, nisi i mortaleis omneis stultos esse, etiam piōs
 ipsum quoq; Christū, quo stultitiae mortaliū subueni=ret, cū esset sapiētia patris, tamen quodāmodo stultū
 esse factū, cū hominis assūpta natura, habitu iuentus
 est ut homo, quēadmodū et peccatiū factus est, ut peccati
 mederetur. Neq; alia ratione mederi uoluit, q per
 stultitiam crucis, per apostolos idiotas, ac pingues.
 Quibus sedulo stultitiae præcipit, à Sapiētia deterrēs,
 cū eos ad puerorū, liliorum, Sinapis et passerculorū
 exemplū prouocat, rerum stupidarum, ac sensu carē
 tiū, soloq; naturae ductu, nulla arte, nulla sollicitudi
 ne uitam agentium. Præterea cū uetat esse sollicitos,
 qua essent apud presides oratione usuri, cunq; inter
 dicit, ne scrutentur tempora, uel momenta temporū,
 uidelicet ne quid fiderent suæ prudentiæ, sed totis ani
 mis ex se penderent. Eodē pertinet, quod deus ille or
 bis architectus interminatur, ne quid de arbore scien
 tie degustarent, perinde quasi sciētia felicitatis sit ue
 nē. Quanquā Paulus aperte scientiā, ueluti inflan

M O R I A

tem, & perniciosa mⁱimprobat, quem diuus Bernar
dus, opinor securus, monte eū in quo lucifer sedem sta
tuerat. Sciētūe montē interpretatur, Fortasse nec illud
omittendū uideatur argumentū, gratiosam esse apud
superos stultitiam, quod huic soli datur erratorū uenia
sapiēti nō ignosatur, unde qui ueniā orant, etiā si pru
dentes peccauerint, tamen stultitiae prætextu patroci
niq; utuntur. Nam sic Aaron uxoris pœnam depre
catur in numerorū, si satis cōmemini, libris, obsecro
domine mi, ne imponas nobis hoc peccatū, quod stul
te cōmisimus. Sic et Saul apud dauid culpam depreca
tur. Apparet ei, inquiēs, quod stulte egem. Rursum
ipse Dauid ita planditur domino. Sed precor domine
ut trāfferas iniquitatē serui tui, qā stulte egimus, per
inde quasi non impetratur us ueniam, nisi stultitiam &
insatiā obtenderet. Sed illud acrius urget, quod Chri
stus in cruce, cū oraret pro suis inimicis, Pater igno
rare illis, non aliā prætexuit excusationē, quā impru
dētie, quia nesciunt inquit, quid faciant. Ad eundem
modū Paulus scribens, ad Timotheum, Sed ideo mi
sericordiam dei conseautus sum, quia ignorans feci in
incredulitate. Quid est, ignorans fēa, nisi per stultitiam
fecī, non malitiam. Quid est, ideo misericordiam con
secutus sum? Nisi non consecuturus, ni stultitiae patro
cinio cōmendatus? pro nobis fāat et mysticus ille psal
mographus, qui suo loco non ueniebat in mentem, de
licta iuuentutis meae, & ignorantias meas, ne me
mineris. Audistis quæ duo prætexat nimurum etatem

qui semper comes esse soleo & ignorantias, id' que
 numero multitudinis, ut ingentē stultitiae uim intelli=
 geremus. Ac ne quæ sunt ifinita, persequar, utq; sum
 matim dicā, uidetur omnino Christiana religio, quan=dam
 habere cum stultitia cognitionem, minimeq; cū
 sapientia conuenire, Cuius rei si desideratis argumen=ta,
 primū illud animaduertite pueros, senes, mulieres
 ac fatuos sacris ac religiosis rebus præter cæteros gau=deret, eōq; semper altaribus esse proximos, solo nimirū naturæ impulsu. Prætere auidetis primos illos re=ligionis authores, mire simplicitatem amplexos, acer=rimos literarum hostes fuisse. Postremo nulli Morio=nes magis desipere uidentur, quā hi, quos Christianæ
 pietatis ardor semel totos arripuit. Adeo sua pro=fundunt, iniurias negligunt, falli se se patiuntur, inter=amicos et inimicos nullum discriminem, uoluptatem hor=rēt, inedia, uigilia, lachrymis, laboribus, contumeliis saginantur, uitam fastidiunt, morte unicæ optant. Bre=uite ad omnē sensum cōmunem prorsus obstupuisse
 uidentur, perinde quasi alibi uiuat animus, non in suo corpore. Quod quidem aliud est, quām insanire. Quo minus mirum uideri debet, si apostoli musto te=mulentis sunt uisi. Si Paulus iudici Festo uisus est in=sanire. Sed posteaquā semel τὴν λέοντα induimus, .i. leonis age doceamus, & illud, fœliitatē Christianorū, quā exuivum. tot tot laboribus expetūt, nihil aliud esse, quā insaniæ, Stultitiaeq; genus quoddā. Absit imuidia uerbis. Rem

H 5 ipsam

M O R I A

ipsam potius expendite. Iam primū illud propemo-
dū Christianis conuenit cum Platonicis. Animū im-
mersum, illigatumq; esse corporeis uinculis, huiusq;
crassitudine præpediri, quo minus ea, quae uere sunt
contemplari, fruiq; possit. Proinde Philosophiā defi-
nit esse mortis meditationem, quod ea mentem à rebus
uisibilibus, ac corporeis abducat, qd' idem utiq; mors
facit. Itaq; quād diu animus corporis organis probe
uitur, tam diu sanus appellatur. Verum ubi ruptis
iā uinculis, conatur, in libertatē afferre se, quasiq;
fugā ex eo carcere meditatur, tum insaniam uocat. Id
si forte contingit, morbo, uitioq; organorum, prorsus
oīm consensu insania est. Et tamen hoc quoque genus
hominū uidemus futura prædicere, scire linguas, ac li-
teras, quas antea nunquā didicerant, et omnino diui-
nū quiddā præse ferre. Neq; dubiū est id idē accidere
quod mens à contagio corporis paulo liberior inci-
pit, natuā sui uim exerere. Idem arbitror esse in cau-
sa, cur laborantibus uicina morte simile quiddam so-
leat accidere, ut tanquā afflati prodigiosa quædam lo-
quantur. Rursum si id eueniat studio pietatis, fortasse
nō est idem insaniae genus, sed tamen adeo confine, ut
magna pars hominum merā insaniam esse iudicet, præser-
tim cū pauculi homunciones ab uniuerso mortalium
cœtu, tota uita dissidentiant. Itaq; solet iis usu uenire,
quod iuxta Platonicum figmentū opinor accidere iis
qui in specu uincti, rerū umbras mirantur, et fugitiuo-
lli qui reuersus in antrum, ueras res uidisse se prædis-

cat, illos longe falli, qui præter miseras umbras nihil aliud esse credant. Etenim sapiens hic cōmiseratur, ac deplorat illorū insaniam, qui tāto errore teneātur. Illi uicissim illū, ueluti delyrant ērident, atq; eiiciunt. Iti dem vulgus hominū ea, quæ maxime corporea sunt, maxime miratur, eaq; prope sola putat esse. Cōtra pū quo quicq; proprius accedit ad corpus. hoc magis negligunt, totiq; ad inuisibilium rerum contemplationē rapiuntur. Nā isti primas partes tribuūt diuitiis, proximas corporis cōmodis, postremas animo reliquūt, quē tamen pleriq; nec esse credunt, quia nō cernatur oculis. Ediuerso illi primū in ipsum deum rerū omnīū simplicissimū toti nituntur, secundū hunc, et tamē in hoc. quod ad illum, quā proxime accedit, nempe animum, corporis curā negligunt, pecunias ceu putamīna prorsus aspernantur, ac fugitāt. Aut si quid huius modirerū tractare coguntur, grauatim, ac fastidiēter id faciunt, habēt tanquā nō habentes, possident tanquā nō possidentes. Sunt et in singulis rebus gradus multū inter istos diuersi. Principio sensus tamē si omnes cum corpore cognitionem habent, tamen quidam sunt ex his crassiores, ut tactus, auditus uisus, olfactus, gustus. Quidā magis à corpore semoti, ueluti memoria, intellectus, uoluntas. Igitur ubi se intendeat animus, ibi ualet. Pii quoniam omnis animi uis ad ea contendit, quæ sunt à crassioribus sensibus alienis sima, in his uelut obbrutescunt, atque obstupefescunt. Contra vulgus in his plurimū ualet, in illis quā mini-

M O R I A

rum. Inde est, quod audimus, nonnullis diuinis uiri-
ris accidisse, ut oleum uini loco biberint. Rursum in
affectibus animi, quidam plus habent cum pingui cor-
pore commercii, uel utilibido, cibi, somniq; appeten-
tia, iracundia, superbia, inuidia. Cum his irreconcili-
abile bellum piis. Contra uulgas sine his uitam esse
non putat. Deinde sunt quidē affectus medii, quasi
q; naturales, ut amor patris, charitas in liberos, in pa-
rentes, in amicos. His uulgas nihil tribuit. At illi ho-
quoq; studēt ex animo reuellere, nisi quatenus ad sum-
mam illam animi partem assurgant, ut iam parentem
ament non tanquā parētem, (Quid enim ille genuit
nisi corpus: quāquā hoc ipsum deo parēti debetur) sed
tanquam uirū bonum, & in quo luceat imago summae
illius mentis, quam unam summū bonum uocant, &
extra quam nihil, nec amandum, nec expetendum esse
prædicant. Hac eadē regula reliqua, item omnia uitae
officia metiuntur, ut ubiq; id quod uisibile est, si non
est oīno cōtemnendū, tamen lōge minoris faciat, quā
ea que uideri nequeunt. Aiunt autē et in sacramentis
atq; ipsis pietatis officiis corpus & spiritum inueniri
Velut in ieuiuio non magni ducunt, si quis tantum à
carnibus, coenaq; abstineat, id quod uulgas absolu-
tum esse ieuiuū existimat, nisi similet affectibus ali-
quid adimat, ut minus permittat ire quam soleat, mi-
nus superbiæ. Utq; ceu minus iam onustus mole cor-
pore a spiritus, ad cœlestium bonorū gustum, fructio-
nēq; enatur. Similiter et in Sinaxi tamet nos in est a-

ſternandū, inquiūt, quod cæremoniis geritur tamē id
per ſe, aut parū eſt conducibile, aut etiā pernicioſum,
niſi id quod eſt ſpiritale acceſſerit, nempe hoc quod
ſignis illis uisibilibus repreſentatur. Repreſentatur
autē mors Christi, quām domitis, extinc̄tis, quaſiq; ſe
pultis corporis affectibus, exprimere mortales ope‐
ret, ut in nouitate mūta refuſgāt, utq; unum cū illo,
unū item inter ſeſe fieri queant. Hæc igitur agit, hæc
meditatur ille pious. Cōtra uulguſ ſacrifiū nihil aliud
eſſe credit, quām ad eſſe altaribus, idq; proxime, audi
re uocum ſtrepitū, aliasq; id genus cæremoniolas ſpe‐
ctare. Nec in hiſ tātum que duntaxat exempli gratia
pposuimus, ſed ſimpliciter in omni uita refuſgāt pious
ab hiſ, que corpori cognata ſunt, ad æterna, ad inui‐
ſibilia, ad ſpiritualia rapitur. Proinde cū ſumma ſit in‐
ter hoſ et illos oibus de rebus diſſenſio, fit, ut utriq; al‐
teris iſanire uideātur. Quāquā id uocabuli rectius in‐
pios competit, quām in uulguſ, mea quidē ſententia.
Quod quidē magis per ſpicū ſiet, ſi (quemadmodum
pollicita ſum) paucis demonſtraro, ſummuſ illud præ‐
miū nihil aliud eſſe, quā insaniā quandā. Primū igitur
existimate Platone tale quiddam iam tum ſomniuſſe
cum amantiū furorem, omniū fœliciſſimū eſſe ſcribe‐
ret. Etenim qui uehementer amat, iam non in ſe uiuit,
ſed in eo, quod amat, quoq; longius à ſe ipſo digredi‐
tur, & in illud demigrat, hoc magis ac magis gaudet.
Atq; cū animuſ à corpore peregrinari meditatur, ne‐
q; probe ſuis uituſ organiſ, iſtud haud dubie furorem

M O R I A

recte dixeris. Alioqui quid sibi uult, quod uulgo etiā dicunt. Non est apud se, Et ad te redi, Et sibi redditus est. Porro quo amor est absolucionis, hoc furor est maior, ac fœlicior. Ergo quænam futura est illa cœlitum uita, ad quā pie mentes tanto studio suspirant? Nempe spiritus absorbebit corpus, utpote uictor ac fortior. Idq; hoc faciet facilius, partim quod iam uelut in suo regno est, partim quod iam olim in uita corpus, ad huiusmodi transformationem repurgarit, atq; extenuarit. Deinde spiritus à mente illa summa mire absorbebitur, quippe infinitis partibus potētio. Ita ut iam totus homo extra se futurus sit, nec alia ratione fœlix futurus, nisi quod extra se positus, patietur quiddā in effabile à summo illo bono, oīa in se rapiente. Iam hæc fœlicitas quāquā tū demū perfecta cōtingit, cum animi receptis pristinis corporibus immortalitate donabuntur, tamē quoniā piorū uita, nihil aliud est, quā illius uitæ meditatio, ac uelut umbra quedā, fit ut premii quoq; illius aliquando gustū aut odorē aliquē sentiant, id tamē si minutissima quedam stillula est ad fontē illū æternæ fœlicitatis, tamē longe supat uniuersas corporis uoluptates, etiā si omnes omnium mortaliū delitiae ī unū cōserātur. Vsq; adeo prestat spiritualia corporalibus, iuisibilia uisibilibus. Hoc nimirū est, quod pollicetur propheta, oculus nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascendit, quæ preparauit deus diligentibus sc. Atq; hæc est Moriæ pars, quæ nō auferitur cōmutatione uitæ, sed perficitur. Hoc

igitur quibus sentire licuit (cōtingit autē ppaucis) ii
 patiuntur quiddā demētiae simillimū, loquuntur que= dā nō satis cohærētia, nec humano more, sed dant sine mente sonū, déinde subinde totā oris speciē uertunt, Nunc alacres, nunc deiecti, nunc lachrymant, nūc ri dent, nunc suspirāt, in summa uere toti extra se sunt Mox ubi ad se redierint, negāt se scirē, ubi fuerint, utrū in corpore, an extra corpus. uigilātes, an dormi entes, qd audierint quid uiderint, quid dixerint, quid fecerint, non meminerunt, nisi tanquā per nebula, ac somniū, tantū hoc scūt, se fœlicissimos fuisse, dū ita de siperēt. Itaq; plorāt se resipuisse, nihilq; oīm malint quā hoc insaniæ genus ppetuo insanire. Atq; hæc est futurae fœlicitatis tenuis quedā degustatiūcula. Verū ego iam dudū oblitera mei ὑπέρ τὸ ξεναγού πηδῶ pta trāsi= Quāquā si qd petulātius aut loquačius à me dictū uide bitur, cogitate & stultitā, et mulierē dixisse, Sed intē rim tamē memineritis illius Græcanici puerbii, πολ λόκιτοι οὐ μορός αὐτὴ κατακαιρίου εἴτε ρ. Nisi for te putatis hoc ad mulieres nihil attinere. Video uos epi logū expectare, sed nimū desipitis, si quidē arbitra mini me quid dixerim etiādū meminisse. Cū tantā uer borū farraginē effuderim. Vetus illud. μισθού μνά= μονα συνπόταρ. Nouū hoc, μισθού μνάμονα ἀντί= ατλώ. Quare ualete, plaudite, uiuite, bibite, Moriae celeberrimi Mystæ. MΩΡΙΑΣΕΓΚΩΜΙΟΝ. F O E L I C I T E R A B S O L U T U M;

i. ultra se
 pta trāsi=
 lio.
 Sæpe etiā
 & stultus
 fuit opor= tūna loc= tus.

Odi me= morē com= potorem.
 Odi me= morē audē torem.

F I N I S.

ARGENTINAE A P V D I Q A N=

N E M K N O B L O V C H V M.

Anno M.D.XXI.

